Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-614738-p0001-5

Tomus XIII
Miscellanea Philologa.

52.

DISQUISITIONUM EBRÆO-PHILOLOGICARVM POSTERIOR,

PRO

INTEGRITATE AC AUTHENTIA EBRÆORUM FONTIUM,

Sub faventibus Divini Numinis auſpiciis,

In Illuſtri Leucoreâ ad ventilandum publicè propoſita.

PRÆSIDE

M. MATTHIA WASMUTH,
Chilonio-Holſato,

RESPONDENTE

GODOFREDO ROSNERO,
Berolinenſi Marchico.

Ad Diem 13. April.

In Audit. Philoſoph.

WITTEBERGÆ.

Ex Officina JOHANNIS HAKEN,

A. M. DC. LIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-614738-p0004-1

Divinâ Literarum & Punctorum origine in priori Disputatione sic asserta, proposita ab initio instituti nostri ratio postulat, ut ad secundum quoque Integritatis ac Authentiæ Ebrææ membrum nunc porrò accessum faciamus; quo nim. ostendendum venit: *Non tantum integros Scripturæ sacræ contextus, sed etiam omnia illa verba, literas & puncta, prout è div. origine profecta sunt, sine omni seu voluntariâ seu involuntaria corruptione adhuc in probatis codicibus supereſſe, inque minimis etiam punctis & apicibus tam exactè Autographis sacris respondere, ut nullum universale erratum aut menda in iis reperiatur.* Hoc n. omninò faciendum arbitramur, ut Fontibus Ebræis non eam solùm integritatem asseramus, quâ rivulis Latinis & Græcis non turbidiores sint, intra quos limites multi se continent, ut inf. 9stabit; sed etiam quâ minimis Script. θεοπνεύς literis ac apicibus, sanctissima integerrimaque 9stet perfectio. Pro quâ obtinendâ, ut ex præceptis Magistrorũ Ebræorum, in פרקי אבות c.5. ערך ראשון ראשון ועל אחרון אחרון *De primo primum, & de ultimo ultimum* dicam9; priùs in thesi sententiam nostram paucis confirmabimus, post & in Antithesi secùs sentientium rationes diligentiùs consideraturi.

§. 2. Quantum jam ad sentent. propriæ κατασκευὴν: sat notos illos probationũ fontes; *A circumstantia tẽporis*, an Judæi vel ante Christi adventum vel post eum Script. corruperint: *A Judæorum conditione*, an voluerint aut potuerint Ebræum textum corrumpere, &c. nunc ō attingemus: tùm, quod salvis his omnibus, atque ipsis quoq; Judæis hic ἀνυπαιτίοις, nondum tamen colligi firmiter possit, nullis aliis depravationum causis, Fontes Ebræos unquam obnoxios factos esse, nec aliunde etiam ullius vocis aut literulæ jacturam vel corruptionem esse passos: tùm, quod ab Excell. Dn. D. Glassio, Phil. sacr. l.1. T. 1. p. 15. & 21. seq. Pl. Rev. Dn. D. Walthero, Misc. quadrag. p. 423. Cl. Hotting. Thes. phil. p. 129. & 134, atque aliis ea omnia tam plenè tradita atq; exposita sint, ut eadem à nobis denuo apponi ō posse putem9, quin censorium illud è Sanhedrin, fol. 96. 2. simus audituri, קמחא טחינא טחינא *Farinam molitam molis.* E sola igitur laudatissimi illius operis Masorethici natura & conditione, perfectissimam θεοπνεύς codicis Ebræi integritatem, hâc vice comprobandam בגד suscipiemus, ita in operâ hâc versaturi, ut totam Theseos 9firmationem uni huic includamus συλλογῇ: *Quicunque Ebræi codices, infallibili & exactissimæ recensioni omnium illorum versuum, vocum & literarum, sec. singularum punctationũ formas, quæ in autographis vel authenticis exemplaribus exstitère, exactè respondent; in iis omnes illæ voces, literæ, & puncta, prout è div. origine profecta sunt, sine ulla corruptione adhuc supersunt, & ad minimum usque apicem, autographis sacris planissimè sunt conformes. Atqui de probatis & sec. Masoram exactè 9formatis codicibus verum est prig. E. & posterig.* Major cum sit ἀναμφίλεκτος, in Minoris probatione totius rei cardo versabitur. Ergò ut de probatis codicibus rem ita habere demonstremus, quodque in Masorâ tam infallibilis exactissimaque eorũ omniũ fiat recensio, ut hodierni adhuc codices sec. hanc exacti, tantâ integritate gaudeant; tria probationis

hujus constituemus mẽbra: (I.) *Ipsã Masoræ originem*, quod Viros Propheticos & ἀξιοπίστους habeat Authores. (II.) *Universam Masoretharum operam*, quod tam illibatæ integritatis Ebrææ προφύλαξιν sit. (III.) *Indubiã Masoræ fidem & Authoritatẽ*, quod secundũ hanc genuina omnium vocum & literarum scriptio infallibiliter exigi possit.

§. 3. (I.) *Authores Masoræ* nullos alios esse dicimus, quam Viros Divinos & Propheticos, proximis â solutione Captiv. Babyl. temporibus in terra Israelis adhuc superstites; nim. Esram, Nehemiam, Haggæum, Zachariam, Malachiam, cum reliquis אנשי כנסת הגדולה *Assessoribus Synedrii magni*, ad numerum CXX. Virorum tunc 9gregati. Ab his n: Masoram & inceptam & sec. omnes suas partes (quas mox infra recensebimꝰ) absolutam ac perfectam esse, probamus. (α) *A Providentiæ divinæ, & infallibilis veritatis Ebrææ requisito.* Omninò n. hoc Benignissmi Numinis provida cura, & admiranda erga Gentiles per communicationem verbi divini ad agnit. ejus vocandos providẽtia requisivit; ut, quemadmodũ æternam ac cœlestem veritatẽ per Viros Propheticos ac θεοπνεύστους primitùs in scripta redigi, perque continuas eorundẽ successiones, in infallibili sua integritate usq; ad ea tempora 9stanter persistere curaverat; pari quoque modo, instante jamjã Prophetiarũ obsignatione, & cessaturis in posterum extraordinariis Sp. S. donis, (videantur Pl. Rev. Dn.D. Calov. Crit. sac. p. 240. Pl. Rev. Dn.D.VValther, Offic. Bibl. p. 1106. nec õ Cl.Hotting. Thes. Phil.p.571.) per similes Theandros & immediata θεοπνεύστους pariter instructos Viros, præmuniendæ ac in omne ævum 9servandæ, mandatorum suorum & prostantis ad nos suæ voluntatis, indubiæ & infallibili veritati ac integritati prospiceret. Imo ipsius Scripturæ, quæ juxta Esa. 40. v. 8. c.30. v.8. 1.Petr.1.v. 23. Matth.5. v. 18. sine ullius apicis corruptione usque ad 9summationem seculi integra ac illibata permanere debuit; id vel maximè postulavit 9ditio, ut antequam immediata θεόπνοια cessaret, divini ejusmodi Viri, & ὑπὸ ἁγίᾳ πνεύματος Φερόμενοι, perfectissimã Scripturæ integritatem, 9tra tot, quæ longas seculorum ætates manebant, temporum injurias & calamitates hôc pactô præmunirent; ut, postquam & falsorum Prophetarum aliorumque surreptitia scripta, Canonicis scriptis se se immiscuerant, certum & infallibilem Scripturæ θεοπνεύστου canonem separatis alienis constituerent, omnes Ebræi textus voces & literas, secundum punctationum suarum formas, prout universa eorum ratio per traditionem Mosis, Seniorum & Prophetarum ad ipsos pervenerat, non tantum scriptis consignarent, sed etiam diligentissimâ omnium recensione ita enumerarent, quo nec minimæ in omne ævum ullius apicis vel puncti mutationi aut corruptioni relinqueretur locus; quod si n. ulla labes aut error exteriores Scripturæ typos temerare potuit, quid indubiæ certitudinis ab interiori ejusdem sensu expectandum fuit? E qualitate verò & conditione N.Test. si quis excipere velit, περιφυλακτήριον ejusmodi externi Formalis Scripturæ õ usque adeò necessarium fuisse, ut sine quô huic esse licuit; dicimus longè disparem ejus esse rationem. Scriptura n. Veteris Instrumenti non tantùm fundamentum esse debuit, ad cujus harmonicum consensum

Canon

Canon N. Fœderis infallibiliter ſeſe referret; prout Scriptores N. Teſtam. ſemper eò prō-vocant, Conf. Actor. 26. v. 22. Sed etiam à Depoſitariis Judæis, *οἱ ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ* Rom. 3. ad ipſos gentiles, meliores eorum in tabernaculis Semi ſucceſſores, bonâ fide, & amolitâ omnis ſubleſtæ *νοθείας* ſuſpicione, transferenda fuit. His igitur omni-nò incubuit, teſte Ephodéo, in præf. libri ſui, הקפרה על השמירת הכתוב שלא תפול בו טעגת ושוואה *ſumma & ſollicita cura pro Scripturæ ꝯſervatione, ne error aut cor-ruptio aliqua in eam irreperet.*

§. 4. (β) *A conſenſu totius Antiquitatis Judaicæ.* Penes hanc n. in re Hiſtoriam Ebræā præcipuè ꝯcernente, & circa obſignationem Ebræi Canonis (à quo proinde luculenta teſtimonia hic nemo expectabit,) geſtâ, omninò ſtandum eſſe arbitramur, atque hoc proinde præſupponimus: *Quemadmodum ab Ægyptiis* (verba ſunt Euſebii, de præpar. Evang. l. 9. c. 3.) *res Ægyptiorum, Phœnicum à Phœnicibus, Græcorū à Viris illuſtribus Græ-ciæ, Philoſophicas â Philoſ. Medicas à Medic. peritis diſcere convenit, ita ex ꝯſequenti etiam, res Ebræorum patrias ō aliunde quā ex Ebræorum ſcriptis dictisque eſſe repetendas.* Quod idem ſuo judiciô ꝯprobat Clariſs. Vir. Johannes Seldenus Anglus, in Libro de Jure nat. & Gent. Ut ō injuriâ Cl. Hotting. Theſ. Phil. l. 1. c. 2. p. 122. *Hoc teſtimonium Hiſtoriæ Jud. certum & immotum fundamentum eſſe*, dicat, *cujus ductu Eccleſ. Chriſt. certiſsima eſſe poſ-ſit, veros codices adhuc in manibus noſtris eſſe.* (De externi n. formalis Scripturæ certitu-dine & integrit. nunc unicè ſermo eſt.) Quare cum juxta illud Joſephi ꝯtra Appio-nem l. 2. *Veræ hiſtoriæ indicium ſit, ſi de iiſdem eadem omnes & dicant & ſcribant:* ne quis de ſententiæ hujus hiſtoricæ veritate amplius dubitet, primū in genere de Maſoræ Au-toribus Viris Synedrii magni, ꝯſpirantes ſententias celebrium priſcæ antiquitatis Do-ctorū Ebræorū breviter adducemus, poſt in II. probationis mēbro de ſingulis Maſore-thicæ operæ partibus, idem ſpeciatim confirmaturi. Initiò igitur ō ſolum pro ſententiâ hâc abs ſe loquuntur Talmudici; ut in Libro Megillâ f. 10: 2. דבר זה מסורת בידינו מאנשי כנסת הגדולה *Res hæc eſt Traditio in manibus noſtris à Viris Synagogæ Magnæ.* ut unicū hoc tantū allegemus; ſed etiam probare id nituntur, partim è Nehemiâ, c. 8. v. 8. ubi verba, *& intellexerunt lectionem*; de Maſoreth genuinæ lectionis & ſcriptionis ex-plicant: prout è Talmude Hieroſol. in מגלה c. 4. & Babylon. in נדרים c. 4. f. 37. nec ō commentatoribus R. Salomone, R. Alphes, & R. Niſsim, luculenta teſtimonia addu-cit Cl. Buxtorf. in Tiber. cap. 8. pag. 34. ſeq. Partim ex Eſrâ, cap. 7. ubi regiâ Arthach-ſaſtæ munificentiâ & diplomate inſtructus legitur Eſras, כל די מן טעם אלהא שמיא יתעבד *ut præſtaret, quicquid ſpectabat ad Legem Deî Cœlorum. v. 23.* Et quidem; *juxta Sapientiam Deiſui, quæ erat ſub manu ejus v. 25.* quamobrem & *cor ſuum ad id aptaſ-ſe* dicitur. v. 10. In quē ſenſū, R. Aben Eſra (quē aliàs pro Maſorethis Tiberienſibus ſolli-citô ſtudio trahit Elias Levita) ſic reliquis ὁμοψηφίζει: *Requievit Spiritus Domini ſuper Viros Templi quoſdam, qui vocabantur Viri Synagogæ Magnæ, ad explicandum omne, quod obſignatum erat in præceptis, docuerunt ꝯ ſenſum omniū verborū, per accentus, ſectiones &*

& versus: & fuerunt vice oculorum exco. Propterea in vestigiis ipsorum ingredimur, ipsos sequimur, illisq; innitimur in omnibus Script. expositionibus. Quæ αὐτολεξεὶ 9ferri possunt in Libro ejusdem, quē inscripsit מאזני לשון הקדש *Stateram Ling. sanctæ*, statim ab initio. Quin & honestum titulum בחמי המסורת *Sapientū Masoræ* frequenter ipsis defert; prout in Targum Cohelet רבני סנהדרין *Magistri Synedrii* crebro salutātur. De his porrò in hunc modum scribit Ephodeus, Libr. Grām. c. 7. *Esras & reliqui Scribæ numerarunt Sectiones, versus, voces & literas, irregularia, & quæ essent ex analogia linguæ, unde dicti sunt Sopherim*, Numeratores, ועשו בזה חבורים והם ספרי המסרים *Et fecerunt ex iis libros, qui sunt libri Masoræ.* Cui 9cinentes R. Asariam, in Meor Enajim. f. 179. Abarbinelem, in præf. libri נחלי אבות ubi integrum eorum catalogum enumerat. Gedaliam, in Schalschelet Hakkabala f. 21. atq; alios recensēt Cl. Buxt. in Cōm. Masoreth. c. XI. p. 129. ubi 9munē hanc Ebræorum sententiam esse affirmat. Plures his annumerantur à Cl. Hotting. Thes. Phil. l. 1. c. 3. p. 299. nim. R. Juda Levi, Author Libri Cosri, ut putatur. part. 3. c. 26. R. Mose Bar Nachman, præf. in Bibl. atque alii. A quibus nihil abeunt Doctissimi quique Christianorum. Videantur Clariss. Buxtorfii, Sixtinus Amama in Antibarb. Bibl. Schick. Bech. Happ. p. 55. Alsted. Encyclop. Libr. XXXV. Sect. 2. Et, qui primo loco memorandus erat, B. Dn. D. Gerhardus, Exeg. Loc. Com. p. 341.

§. 5. Atq; sic quidem de Masoræ autoribus in genere 9stat, quod v. & omnes ac singulas Masoræ partes iidem soli 9fecerint atq; absolverint, patet inde; *quod nulli alii à probatis Authoribus in scenam hanc producti, aut in quæstionē vocati sunt*, teste Cl. Buxt. Tr. de Punct. part. 2. c. XI. A cujus Clar. P. in Tiber. c. 7. seq. solidissimē demonstratur; quod de propagatoribus aliis, vel Masorethis Tiberiensibus à nonnullis affertur, id omni plane historiarum fide destitui. Nam & Capellus diversæ sentent. propugnator, ō nisi meris 9jecturis nititur: *Latere forsan potuisse in Tiberiade Viros quosdam Sapientes.* Qui verò aliàs 9tinuatam operis Mosorethici perfectionē præter Viros Synagogæ M. etiā tribuūt Tiberiensibus Doctoribus, atq; his succedentibus, Ben Ascher & Ben Naphtali, imò celebribus quibusdam, paucis seculis supra nostram memoriam, Grammaticis; V. Cl. Hotting. Thes. Phil. p. 405. 408. seq. & Exc. Dn. D. Glass. Phil. sacr. p. 56 non alia assertionis suæ afferūt documenta, quam *Autoritates 1. Aben Esræ.* At quæ ab illo, *de consuetudine Sapientū Tiberiadis, ut normâ habendâ*, asseruntur, ea Cl. Buxt. Tr. de Punct. part, 1. p. 23. & 390. partim ex ipso ראב"ע in Libro Tzachut f. 136. partim è Kimchio in Michlol. p. 62. Ephodéo c. 5. atque aliis, satis dilucidè probat, ō sic accipienda esse, quasi illos Masoræ 9fectores statuerit; sed, tùm, quod decenti pronunciatione elegantissimi & exercitati oris fuerint, tùm quod Masorethicarum traditionum fuerint servantissimi, & juxta earum fidem Ebræos codices diligenter collatos emendarint. Quô pactô & Alstedius in Encyclop. lib, XXXV. p. 2225. *Tiberiensibus tantum custodiā Masoræ* tribuit; Et p. 2226. *Masoram eos ō 9fecisse, sed religiosè servasse*, affirmat. Atq; hoc nomine Tiberienses sæpiùs Masorethæ

thæ appellantur, quemadmodum BenAscher & Ben-Naphthali posteriores his Criticos interdum Masorethas nominat AbenEsra; *quorum* tamen *rationes* (ut quibus novas crises invehebant,) אינן ורק לתינוקות טובים הם *nullas & pro pueris tantũ bonas esse* dicit. In Libro צחות fol. *130. 190.* (2) *Eliæ Levitæ* in Methurgem. lit. ט & Mas. Hamas. præf. 1. & 3. Verum hunc unum ꝯtra omnes priscos Ebrææ Sapientiæ Patres stare ō posse, manifestum est; nec fidem ipsi hâc in parte habendã, vel hinc liquet, quod falsam illam hypothesin de Masorethis Tiberiensibus erroneæ suæ assertioni, quã eosdem primos punctorũ assignatores facere laborat, substernere necesse habuit. *Cujus authoritatem*, cum ante Cl. Buxt. P. sententiam illã nemo rectiùs excussisset, *non solum Munsterum, sed & alios magnos in Ebraismo Viros decepisse*, testatur Cl. Schick. Bech. Happ. p. 57. Cõtra quam sententiã 4 ampliùs argumẽtis pugnantem, Conf. Alsted. Encycl. l. cit.

§. 6. (II) *Universam Masoretharũ operã tam illibatæ integritatis* φυλακτήριον *esse*, ut pauciſsimis demonstremus; ante omnia tenendum est, ō sine divino Supremi Numinis ĩnstinctu, modò memoratos Synedrii magni Viros, tanti momenti, ac tam latè patentis utilitatis opus molitos esse; sed quod spiritu prophetico ꝯgnoscerent, ultimos tunc in Ecclesiâ Judaicâ vivere Prophetas, adeoque, imminente jam extraordinarii שכינא (qua voce Chaldæus interpres immediatã Spir. S. afflationẽ τῶν φερομένων ὑπὸ ἁγίου πνεύματος, frequenter exprimit) cessatione, nihil magis necessariũ esse arbitrarentur, quam ut ō tantũ de genuinis divinorũ oraculorum libris, Eccl. Dei. sine omni ambigendi necessitate, semper ꝯstaret, sed etiam muniendæ, contra tot posterorũ seculorum injurias, cœlestis veritatis integritati, περιφράγμα ejusmodi adornaretur, quale è promissionũ divinarũ infallibilitate, de permansuro in seculũ Scripturarũ θεοπνεύστων æternô tenore ac certitudine requisitum esse, in præcedentibus mẽtio injecta est. Non incommodè a. universa eorũ opera in 4. hos dispesci poterit classes: quorum (1.) *Sit Canonis ꝯstitutio.* Ad ea n. usq; tempora solum Pentateuchi volumen Canonẽ totum constituerat. V. Cl. Drus. in Henocho. c. ult. Et. Pl. Rev. Dn. D. Walth. Off. Bibl. p. 457. Cũ igitur è beneplacito divino, & Prophetarũ libri, unà cum reliquis Hagiographis, Canoni Ebræo inferendi essent, his vero multa ψευδεπίγραφα scripta sub speciosâ παραδόσεων προφητικῶν προφάσει sese intulissent, nec exiguò cum religionis periculo, in multorũ manibus, ceu salutares sæpè doctrinas simul foventia, versarentur; medicã tandẽ his malis manũ ita admovêre Viri Synedrii magni, ut omnibus surreptitiis & suspectæ fidei ejectis, Librorum θεοπνεύστων καὶ γνησίως ἐνδιαθήκων certum & infallibilem Canonẽ ꝯstituerent. In quo receptô Canone cũ neq; Christꝯ neq; Apostoli ullibi quicquam desiderarint, sed potiùs tam illũ citando, quã nos ad eum ablegando, testimoniis suis approbarint, certum est, tam præsenti eos Numinis subsidio firmatos fuisse, ut sine ullo erroris periculo in hac opera versati sint: & recte *inconcussum hoc*, teste Cl. Hotting. Thes. Phil. p. 112. *nec minus apud Christianos, quam Judæos* ἀναμφισβήτητον *esse principium, simul & semel Canonem V. T. authoritate prorsus divinâ constitutum esse ab Esra & Viris Synag. Mag.* V. Pl. Rev. D. Calov. Crit. sacr. p. 380. seq.

§. 7.

§.7.(2) *Scriptorum Canonicorũ ſecundũ authentica exẽplaria diligens recognitio.* Quia n. totô tempore Captivit. Babyl. receptiores longè fuerant Paraphraſes Chaldaicæ, ob familiarem illam in vulgo linguã, Viri hi Prophetici Ebræorum Codicum frequentiorẽ uſum ſic reſtautarũt, ut eos è probatiſsimis exẽplaribus aliquoties deſcriptos dederint, & quidem iiſdem ſervatis literis ac punctis, ut in ſuper. diſput. oſtensũ eſt: *Summã inſuper navãtes operã,* ut Pl. R. Dn. D. Calov. in Crit. ſacr. p. 436. ait: *ut ne minimâ quidem literulâ mendosè deſcriberentur codex ſacer.* Cui negotio cum autographa aut certè authentica Scriptorũ ſacrorũ exemplaria adhibuerint, (nãEſræ tempore ea omnia nondũ periiſſe, ſed authenticos adhuc codices omni errore expertes exſtitiſſe, aſſertum pluribus V. in Exeg. L. Comm. B. Gerh. p. 124. 128. & 340. Crit. Sacr. Pl. Rev. Dn. D. Calov. p. 385. & 387. Harm. Bibl. Pl. R. Dn. D. Walth. c. 1. p. 11. ſeq. Ejuſdemq; Offic. Bibl. p. 415.) ea a. ceu ab *ἀναμαρτήτοις* Sp. S. Amanuẽſib9 immediatè profecta, ab omni erroris ac corruptionis labe immunia fuerint; hæc ex cæteris quoq; cauſa eſt, quare ab iis ſtandum õ eſſe לֹעֵר arbitremur, qui anomalias quaſdã literarũ & punctorũ à Maſorethis his obſervatas, pro *σφάλμασι* habent à veteribus librariis ante Eſrã 9miſsis, quæ ipſe & reliqui Synedrii Viri certâ religione ducti corrigere noluerint. Si n. Anomaliæ iſtæ pro mẽdis librariis habendæ eſſent, dicendum omninò foret, præter authenticos codices alios adhuc minus probatos & vitioſos ab ipſis adhibitos eſſe, è quibus tot Sphalmata obſervarent, ut quorum largũ numerũ correctiſsimis Scriptorum Sacrorũ exẽplaribus nemo unquã tribuerit. At quã novã hanc erga ſphalmata religionẽ Viros hos prophenemo unquã tribuerit. At quã novã hanc erga ſphalmata religionẽ Viros hos propheticos inceſſiſſe dicemus, ut ſi vel maximè minùs probata apographa 9ſuluiſſent, eorum tamẽ errores & *ἀβλεψίας* õ potiùs diligenti correctione ac emendatione tollere, quã Criticis ſuis notis cuſtodire voluiſſe putemus? Num ſupinas illas oſcitantias Librariorum æternã hanc cuſtodiã à Viris præſertim divinis & *θεοπνεύστοις* mereri potuiſſe, ullâ probabilitatis ſpecie nobis perſuadebimus? Sed de his mox infra pluribus.

§. 8. (3) *Librorum ſacrorũ partitio, & Textus in ſectiones, ac verſus diſtinctio.* De qua ipſorũ operâ, ſic Excell. Dn. D. Calov. Crit. ſacr. p. 579. & 383. *Communior certiorq; eſt ſententia Doctorum, quod univerſi V. T. ordinatio & digeſtio Viris Synagogæ Mag. ejuſdemq; Prætidi Eſræ adſcribenda ſit.* Nam redactis in unũ Scripturæ corp9 omnib9 libris canonicis, in tres principales partes illud diviſerunt; ſcil. in תורה *Legem*, נביים *Prophetas* & כתובים *Scripturas καθ' ἐξοχήν* dictas, quas vulgò *Hagiographa* appellarunt: ita ut Moſes omnium Prophetarum *ἀρχηγὸς* & *ἔξαρχος*, eſſet ſtirps & radix, Prophetici libri conſtituerent arborem cum ſuis fructib9, Pſalmi quaſi flores eam coronarent. V. B. Gerh. Exeg. L. Com. p. 75. Quæ diviſio etiam Salvatori noſtro probata eſt. ut patet è Luc. c. 24. v 44. Frequens ejus quoque apud Talmudicos fit mentio. Ut in Bava Bathra. f. 13. 2. הביאו לפנינו תורה נביאים וכתובים מדובקים כאחר *Attulerunt coram nobis Legem Prophetas, & Hagiographa 9pacta in unum.* Subdiviſiones verò librorum, eorumque ſeries & ordo multùm variant, & ab hodiernà diſtributione, quam inconveni-

entia

entiâ suâ laborare ostendit B. Gerh. l. cit. p. 76. non parum abeunt veteres Talmudici: unde patet eam non Virorum Synag. Mag. esse, sed posteriorum Rabbinorum. Quâ de re videri possunt Buxt. in Tiber. p. 107. seq. Alsted. Encyclop. p. 2226. & Mercer. Præf. in Jobum. Porrò & Sectiones Legis in Parschas vel Sidras, quæ Ebræis vice capitum sunt, vel ad Mosen ipsum vel ad Esram referendas esse, author est Cl. Buxt. in Biblioth. Rabb. p. 283. Haphtaros verò, seu lectiones Sabbathinæ Propheticæ, Mosaicis sectionibus certô quôdam symbolô, & sensu respondentes, hujus ordinis non sunt, nec illam originis antiquitatem attingunt; sed demum sub gravissimis illis persecutionibus Antiochi Epiphanis, lectionibus Mosaicis planè prohibitis, sunt institutæ. V. Cl. Fabric. Partit. cod. sacr. c. 10. p. 43. & c. 24. p. 176. Alst. Encycl. p. 2226. Receptas demum versiculorum incisiones ō tantū Virorū Syn. Mag. tempora attingere, sed ab ipso jam Mose in distinctione Legis sic fuisse ordinatas, plurimis documentis è Talmude firmari potest. Ut in Mischna Libr: סגלה c. 3. sic legitur הקורא בתורה לא יפחות משלשה ובנביא שלשה *Qui legit in lege, ō leget minus quam tres versus, & in Propheta tres.* Et cap. eodem, fol. 22. Ib. כל פסוקא דלא פסקיה משה אנן לא מפקינן ליה *Quemcunque versum ō distinxit Moses, neque nos distinguimus eum.* Unde certum est, cum eandem se adhuc servare distinctionem dicant, expressis notis ea omnia ante ipsos signata extitisse, cum alias ingenio humano impossibile fuisset, tot mille distinctionum spatia soli memoriæ beneficiô servasse, ut certò ipsis constare potuisset, Mosen sic & ō aliter distinxisse. Videatur Pl. Rev. Dn. D. Calovius Crit. sac. p. 347. &. 355.

§. 9. (4) *Omnium Versuum, vocum & literarum, sec. omnis generis affectiones & qualitates, infallibilis exactissimaque enumeratio, & adjectis notis Criticis contra quævis corruptionū pericula præmunitio.* Atq; hac quidem operâ, quâ ספרו מתי המקדש למען אשר יקרב זר אל שערי צדק *numerarunt Viros sanctuarii, ne alienus aliquis se intruderet in portas justitiæ.* (R. Aben Esra in Statera Linguæ S.) Et קשרו קשרי רצי זהב מלותיו ממור אמרות יהוה אמרות טהורות *Vinculis quasi ligarunt frusta auri verborū ejus sec. ordinem verborū Domini, quæ sunt verba pura*; (R. Jacob Chajim, Tunet. Afer, in Præf. Bibl. Major.) prisci illi Ebræi Sapientes ardentissimū suū erga servationē Verbi Divini zelū, & sine exemplo, in ullâ totius Mundi gente, studiū, æternæ posterorū memoriæ ita probarunt, *ut similis religio aut diligentia adhibita in rebus humanis, ō inveniatur*; teste Grasero, in præf: Com. in c. 9. Dan. *Nec simile se in ullâ aliâ Linguâ unquā legisse, vel ab ullo unquam homine audivisse*, dicat Magnus ille Ebræus, Johannes Reuchlinus, *in speculo oculari.* Conf. Nic. Fuller. Misc. sacr. l. 3. c. 13. Et Schick. Bech. Happ. p. 51. Namq; ut Elias Levita in præf. 3t. Libri sui Masoreth, de ipsis testatur: *In id laborarunt omnibus viribus suis, neq; quieverunt, aut tranquilli fuerunt, donec numerassent omnes versus, voces, ac literas cujusq; libri, unde etiā* סופרים *Numeratores dicti sunt.*

§. 10. Et 1. *quidem omnium Versuū totius Script.* in inierunt *numerum*; ut quot eorū, & quis medius in quoq; libro esset, observarēt. Sic numerus versu Libri Geneseos est אדלד sive

sive 1534, & medius ejus; *Et gladio tuo vives*, *Genes. 27. vers. 40.* in Psalmorum libro, summa versarum est אאךכו sive 2527. medius ejus, vers. 36. ps. 98. In Jobo versꝰ sunt אע sive 1070. medius ejus, v. 16. Job. 22. Et sic ꝰsequēter in reliquis. Totū a. V. Test. versꝰ sec. Masorā colligit 23206, V. Encycl, Alsted. p. 2240. & Buxt. Tiber. p. 132. Ubi omnes singulorū librorū versꝰ, & medii quorūq; recensentur. *Deinde juxta varias qualitates & affectiones* eosdē ꝰsiderarunt. Ut quod duo versꝰ sint in Lege, quorū quælibet vox exit in ם, nempe Gen. 32. 14. & Num. 29. v. 33. Tres sunt versus, quorū singuli habent 80. literas. Quinque versus sunt, in quibus singulis sunt quinq; voces ꝰtinuæ, duabus tantùm literis cōstantes. Quorum unꝰ exstat 1. Reg 3. v. 26. גם לי גם לך לא ubi & reliqui adducuntur. Quatuordecim versꝰ sunt, qui tribꝰ tantū vocibꝰ ꝰstāt. Viginti sex sunt versꝰ, in quibus singulis omnes alphabeti literę extāt. ut Ezech. 38. 13. ubi reliqui citantur. quorū unꝰ Sophon. 3. v. 8. quinq; finalibꝰ insuper ditatus est. Cujus generis innumera alia sunt, quę in versibꝰ examinandis observarunt.

§. 11. (2) *Circa voces notarunt*, (ā.) *Aliam interdum lectionem quā scriptionem, & hanc sæpius anomalicam.* Quā à Majoribus ita acceptā ut ad posteros pariter propagarent; quibusdā vocibꝰ, aliter quā in textu literis scriptæ essent, legēdis, aut quacunq; literarū trāspositione, redundantiâ, mutatione, vel defectu, à ꝰmuni linguæ more recedentibus, adjecerūt notā קרי וכתיב. Allis vocibus, quę sine literis per nudas vocales in textu expręssæ erant, apposuerūt notā קרי ולא כתיב. Aliis in textu bis scriptis, posteriori ō punctatâ, notā addidêre כתיב ולא קרי. De quibus ipsorū notis criticis mox infra dicendi locus erit. (ß) *Voces cum literis* ו *vel* י, *rarius* א *vel* ה *plenè aut defectivè scriptas.* Ita, ut authore Elia Levitâ Mas. Hammas. lib. 1. c. 1. *Quandocūq; plenæ dictiones plures essent, quā deficientes, numerarēt deficientes; quando a. deficientes excederent numerū plenarū, tunc numerarēt plenas.* (γ) *Vocū quarumcunq; locū ac sedē in versibus.* Ne sc. vel à principio versꝰ, vel à fine, aut medio inter ea, ulla vox posset subtrahi. Ut Gen. 1. 2. ad vocem וְהָאָרֶץ notarunt, *vocem hanc octies esse initium versus*, adductis statim eorum locis. Ad Gen. 13. vers. 5. וְגַם *ter decies versum inchoare.* Sic partic. אֵת *decies esse initiū versus in Deuteronomio, quater in Jeremia*, & sic porrò. Voces verò intermediæ inter primam & ultimā versus dictionē, singulæ enumeratæ sunt, quā formā, quoq; loco, vel sæpiꝰ vel nunquā aliàs haberēt, specialissimis quibusq; obsservatis. V. Cl. Buxt. Com. Masor. p. 141. (δ) *Significationē vocū quandā ambiguarū.* Ut ad vocē עֲלֵה Gen. 6. v. 11. notant וּבְאַטְרוֹפִי *Sex sunt in significatione folii.* Nam aliàs significat *ascende.* Et his quoq; *opinione ambigua* addidêre סבירין, *seu putatitia* ipsis dicta, quod scil. aliter exstare debere, Lector opinari posset. Ut Num. 9. v. 6. ad vocē וַיְהִי notarunt, *quater hanc vocem occurrere, ubi putari possit,* וַיִּהְיוּ *esse debere, in plurali*; eò quod apposita ei nomina, & hôc quidē loco הָאֲנָשִׁים *Viri*, sint pluralia. *Non n. semper* Verba sunt Cl. Buxt. Tiber. p. 146.) *ꝰmmunē loquendi modū Scripti servat. Et habent hæc suas rationes & causas, & emphasin sæpè singularem; unde monere hi Au-*

Authores voluerunt, sic textũ habere Authenticũ, eũq; minimè mutãdũ esse, etiãsi existimãri primâ fronte possit, aliter esse debere. Sed de his quoq; infer. plura. (2) *Varias, tàm quoad vocales quam accentus, punctationũ formas.* Ut Exod. 32. v. 6. ad vocẽ לְצַחֵק *ad ludendũ:* Masora notat. *Non reperitur amplius cum Sægol & accentu Silluk.* Quod absque hac notâ critica fuisset, quàm facilè posteris tẽporib9 correctionẽ pati potuisset Sægol cũ accentu tali 9junctũ, quo in Tzere frequentissimè mutatur? Sic ad וַיְצַחֵק Gen. 17. v. 17. notant; *esse unũ ex duodecim, quæ in Genesi retinẽt Patach cum Athnach. & Gen. 30 19.* בְּנִי־שִׁשִּׁי *Esse unum ex quatuor cum Maccaph & Tzere.* De quibus Cl. Buxt. in Tiber. p. 149. & 151. hunc in modum. *Quis hæc non judicasset mendosa, nisi notam hi Critici apposuissent? E quibus infinita alia per totam Scripturam æstimare licet. Quorum omnium causa etsi nobis non semper appareat, ipsis tamen authoribus evidens & digna notatu semper fuit. Interim in omnibus his & similibus, unicus hic & 9munis ipsorum scopus nobis satisfacere debet, qui is fuit, ut omnia genuinam suam formam, quam ipsi in libris inveniebant, & authenticã habebant, 9servarẽt, ne vel minim9 apex, aut punctũ in ea intercideret, aut mutaretur unquam.* Conf. eundẽ loc. cit. p. 50. & seq. (3) *Quales cunq; vocũ structuras, cũq; aliis vocibus 9junctionẽ aut 9positionẽ cũ literis servilibus. Ut verbũ* שָׁמַע notarunt *cũ præpositione* עַל *duodecies 9strui, aliàs semper esse cum* אֶל, *quorũ loca adducuntur* 2. *Reg.* 20. Idẽ verbũ שָׁמַע *cum* לְקוֹל *pro auscultare voci, 9strui decies septies, aliàs semper præmissis aliis particulis.* Ita peculiares vocũ 9junctiones propè infinitæ notatæ sunt; ut & voces cũ literis servilibus 9junctę, maximè verò cum literis כלב ab initiò cum Scheva vel Pathach punctatis, sequente Dagesch, & similia. Horum verò omniũ, quæ hactenus recensuimus, exempla plura sine numerô è Masorâ adduci possent, nisi angustioribus chartæ spatiis excluderemur. Qui igitur plura desideret, 9sulat saltem Com: Masoreth. Cl. Buxt. à p. 49. usque 72. & 131. usque 192. aut ipsam adeat Masorã; & reperiet, omnes etiã singulariſſimas minutias tãtâ ἀκριβείᾳ esse recẽsitas, ut verissimè habere putet illa Graseri, quæ paulò ante adduxim9, *nullã similẽ religionẽ aut diligentiã adhibitã in rebus humanis inveniri;* nec abs re Hotting. Thes. Phil. p. 137. seq. dicere: *Nullũ falsariis manibus locum vel suspicionẽ saltẽ corruptionis relictã esse.* Imò tãtâ circularis quasi enumerationis varietate eadẽ sæpiùs repeti, & כחוט השערה (R. Abarbenel. in Legẽ fol. 333.) *quasi ad filum pili,* tàm accuratè exigi omnia, ut non tantùm integritas textus Biblici infallibili certitudine exinde constet, sed etiam ipsa Masora, si vel maximè incuriâ librarii aut typothetæ alicubi corrumperetur, *ex seipsa & per seipsam corrigi & restitui possit.* teste Cl. Buxt. in præf. Tiber.

§. 12. (3) *Circa literas,* licet minima pars vocis sint, enixè tamẽ studiũ suũ collocarunt Masoretæ; usq; adeò solliciti, ut ō solũ litera nulla, sed ne minimus quidẽ literæ apex periret, aut mutaretur unquã. Earũ igitur notarunt *tùm qualitatẽ in figurâ:* ut quod nõnullas extra 9munẽ usum deprehendissent, majusculas, minusculas, inversas, suspensas, vel extraordinariè punctatas, quarũ omniũ suas Scriptoribus sacris fuisse rationes & cau-

sas, mox infrà indicabitur. *Tum quantitatẽ in numero*: ita ut cujuslibet libri sacri, quot literæ essent, & quæ earum mediæ, in numeratô haberent. ut Levit. 11. 42. ad vocẽ גַּחוֹן notant, *literã* ן *hujus vocis esse mediã in Lege*. Sic *literã* ע *in voce* מִיַּעַר *Psalm. 8. v. 14. esse mediã in libro Psalmorũ*, & sic ꝯsequenter. Quarũ omniũ collectũ numerũ in brevi schemate proponunt, Cl. Buxt. in Tiber. p. 188. seq. & Alsted. in Encyplop. p. 2228.

§. Harum demum Masorethicæ operæ singularum partiũ, eosdẽ, quos Masoræ superiùs in genere asseruimus, Authores esse Viros Synag. Mag. nõ Tiberienses Elianos Posttalmudicos, itidem è Talmude, & aliis veterũ Doctorũ Ebræorũ scriptis satis perspicuè probari potest. Nam & ipsorum סוֹפְרִים seu *Numeratorũ* ita mentionẽ faciunt, ut eos רִאשׁוֹנִים *Priores, priscos* vocẽt, ut qui Talmude longe superiores & antiquiores fuerint: Et quare *Numeratores* dicantur, rationẽ afferunt in Libr. Talmud. קִדּוּשִׁין Cap. 1. f. 30. שֶׁהָיוּ סוֹפְרִים כָּל אוֹתִיּוֹת שֶׁבַּתּוֹרָה שֶׁהָיוּ אוֹמְרִים וָאו דְּגַחוֹן חִצְיוֹ שֶׁל אוֹתִיּוֹת שֶׁל תּוֹרָה *Quia numerarunt omnes literas Legis dicentes; litera* ן *vocis* גַּחוֹן *Lev. 11. 42. est media litera libri Legis.* Sic etiam Thikkunim Sopherim, iu antiquissimo libro סִפְרֵי qui ante Talmud Babylonicũ ꝯscriptus sit, memoriã exstare, testis est Cl. Buxtorf. allegante Dn. D. Glass. Phil. sacr. p. 56. Pariter & notas קְרִי וּכְתִיב Viris Synag. Mag. tribuit R. Kimchi, in præf. comm: super Proph. prior. *nec sine certâ & evidenti ratione esse factas, ibidẽ asserit, licet nobis õ amplius constet.* Nec minùs alii celeberrimi Ebræorũ Magistri, quicquid eorũ est, quæ modò recensuimus, iisdem אַנְשֵׁי כְּנֶסֶת הַגְּדוֹלָה unanimiter tribuunt, ut è R. Gedaliâ in Schalscheleth Hakkabala fol. 21. Ephodéo, in præf. operis sui, Asariâ, in Meor Enajim, f. 179. atq; aliis sat luculenta testimonia adduci possent, si largius paginarũ spatiũ suppeteret. Imò *neminẽ Judæorũ de hoc unquã dubitasse*, affirmat Cl. Buxt. Tr. de Punct. p. 31. Quorum omniũ ꝯsensionib9 & ipse Elias Levita ita demũ ꝯstricte est, ut in præf. tertia Mas. Hammas. idẽ disertis his verbis fateatur: *Viri Synag. Mag. notarunt diversitatẽ lectionis atq; alia juxta Cabalã quã acceperant à Mose, à Prophetis, & aliis Sapientibus istius seculi.* Cum igitur secundum Ebræos, in שִׁמּוּת רַבָּא sect. 46. הוֹדָאַת בַּעַל דִּין כְּמָאָה עֵדִים *Confessio Adversari sit instar mille testium.* plura probationum documenta non anquiremus.

§. 13. *(III.) Quantum demum ad infallibilem Masoræ fidem ac authoritatem*, licet illa vel ab ipsis sui Autoribus Viris divinis & Propheticis tanta ei jam ultrò conciliata sit, ut in dubium à quôquam vocari, haut facilè putemus: nihilominus, cum non parum suspectam ejus fidem reddere posse videatur Doctissimorum quorundam Virorum de ea judiciũ, quô non nisi reliquias priscæ illius & masculæ Masoræ hodie supereſſe, & has insuper magno defectu ac vitiositate laborare affirmant, (V. Cl. Hottinger. Thes. Phil. p 408. Alsted. Encycl. p. 2226.) unde eam pro genuinæ scriptionis & lectionis fundamento haberi non posse sequeretur: hâc quoq; de re paucis disquirendum esse arbitramur. Sciendum igitur, Authores modò laudatos, ubi ea asserunt, intelligendos esse, aut certè non aliter admittendos, quã, (1) *Vel de particulari Masora fœda depravatione*; dum eã è Viris Synedr. Mag. ptimitùs in separatos libros conscriptam

ptam posterioribus temporibus, Scribæ nonnulli scientiâ Masorethicâ, (communi gentis Judaici vitio,) tumidi ac superbientes, ita ad singulas paginas librorum Biblicorum descripsêre, ut non tam Masoræ rationem haberent, quam speciosæ variarum figurarum & imaguncularum effictionis; quò libri ipsorum per latera & margines ejusmodi imaginum bullis quasi vermiculati, eò liberaliori argento à populô emerentur. Unde factum, ut pro modulo spatii aut opacturæ libri, quantum textus Masorethici figura aliqua non caperet, omitterêt, & vicissim in figura capaciori de suo ea adderent, quibus justior ejus forma perficeretur. V. Schick. in fine præf. בדים & imprimis, p. 49. Et Buxt. in Tiber. p. 196. seqq. Ubi ex Eliâ Levitâ id enarrat. Hæc verò particularis quorundam Masoræ exemplarium depravatio ut non negatur, ita integritati reliquorum probatiorum nihil derogare debet. Siquidem & Alstedius non, nisi his arrogantium Scribarum corruptionibus illum Masoræ defectum tribuit, ut videre est in Encycl. p. 2226. Et Hotting. Thes. Phil. p. 408. fatetur: *Multas mendas irrepsisse, cum scribæ notas istas magis ostentationis quam ædificationis ergò margini asscriberent.* Idemq; passim in castigationibus suis manifestè comprobat laudatus sæpiùs Burtorfio.

§. 14. *Vel (2) de Masora typis excusâ*; prout superiori seculo, à celeberr. Typographo Venetô Daniele Bombergô impressa, perq; conductum ad id perdoctum Ebræum Afrũ Tunetanum, cui nomen R. Jacob Chajim, in eum qui hodie cernitur, ordinem redacta est. V. Schick. Beeh. Happ. p. 58. Nam *sive Textualem Magnam spectes*, non solum è confusis & defectis illis Mssis, de quibus modò dictum, magnam partem deprompta est, meliora & probatiora popularium perfidiâ Docto huic Ebræo invidente; (quã malam n. gratiã apud suos inierit, quod tantum thesaurum publico Christianorum bono divulgasset, nemini non notum est.) sed nec satis ad ipsorum horum Mssorum fidem omnia dedit; dum in recensendis sæpiùs vocibus ac literis, nec non adducendis locis Biblicis, laboris compendiô Lectorem aliquando ad Masoram Finalem remittit, aliquando ad ipsa Masoræ Mssa, in quibus ea sæpiss. relicta sunt. V. Cl. Buxt. Tiber. p. 202. & 218. Quo accedit, quod in prima impressione, quia è Mssis eam fieri oportuit, ut contingere solet, innumera vitia typographica irrepserint; quorum in poster. Editionibus neglectæ emendationi *inexcusabilis socordiæ* notam inurit Author modo citatus, in præf. Operis Basil. nec pauca eorum in castigationibus suis observavit ac emendata dedit. *Sive Masoram Parvam*; quæ non à Viris Syn. Mag. sed posterioribus Rabbinis, (V. Buxt. l. cit. p. 26. & 147.) notis quibusdam symbolicis, quasi per sigla & abbreviaturas è Mas. Mag. extracta est; multa in eâ habentur, quæ cum Magnâ non satis conciliari possunt, dum non pauca è diversis Mssis in eã compilata, vel denuò adjecta sunt, (cujus παροράματα Authores secundæ Edit. Venetæ arguit Cl. Buxt.) de quibus postea minus cautè cogitatum fuit, an eorum confirmatio in Mas. Mag. fieret, an secus. Hinc *tot in utrâq; dissensiones, defectus, superflua, & confusa*, & imprimis, *pudendam Judæorum negligentiam, immanem incuriam & oscitantiam, quod inter tot impressiones meliorem manum non adhibuerint*, graviter castigat idem Buxt. in præf.

Tiber. sub finem. *Sive Masoram Finalem*, à celebri eodem R. Chajim, sec. Radicum formas in ordinem illum alphabeticum digestam: studiô is quidem immani, ac horrendô labore, quantum industria humana potest, attentavit; in re tamen tam operosâ & intricatâ sæpiùs meliores animi conatus materiæ ita vicit difficultas, ut innumeri errores in eam illati sint, dum vel voces quædam non sec. formam Radicis, sed derivativ. sub alienâ literâ sunt propositæ, vel collectori hujus R. Chajim inter laborandum multa exciderunt, quorum nonnulla sub finem Masoræ miscellè recensita & à Cl. Buxt. in Edit. Basil. passim emendata sunt.

§. 15. His igitur corruptis Masoræ exemplaribus, in quantum vel erroribus illis γραφικοῖς, vel enormiori quovis defectu laborant, infallibilem fidem & authoritatem non astruimus; sed probatissimis potiùs Msis libris, exactissimè omne id complexis, quod à Viris Synag. Mag. in æternam Ebrææ integritatis custodiam susceptum atq; perfectum esse, superiùs demonstravimus. Ad quorum fidem & Cl. Buxt. sæpius provocat, eosq; consuli debere monet. Longè n. plura & completiora de Masora extare, quam quæ hodiè typis commissa sunt, vel unum αὐτόπτην testem producemus Eliam Levitam, in præf. Mas. Hammas. *Scito præterea, quod Masora Mag. quæ extat, propemodum infinita est, & ut ego existimo, si omnia verba Masoræ Mag. quæ ego vidi diebus meis, 9scriberẽtur & ligarẽtur pariter in unũ librũ* ירבה כמותו ככמות העשרים וארבע *adæquaret quantitas ejus quantitatẽ universorũ Bibliorũ.* Hinc Arias Montanus in præf. To. 1. Bibl. affirmat: *Nullum verbũ vel Elemẽtũ vel punctũ olim fuisse, quod in Thesauro, quẽ Masoreth appellant, õ fuerit asservatũ. Quod igitur*, teste iterũ Eliâ Levitâ, circa finẽ ejusdem præf. *reperitur scriptũ in marginibus librorũ Biblicorum, õ est nisi 9pendiũ è Masora Magna.* Longè n. aliàs amplior & uberior Masoræ materia est, quã ut ull9 Bibliorũ margo aut patentior area eã capiat, & proptera in separatos libros à Masorethis primũ est 9scripta, quò doceri & explicari in scholis publicè posset 9modiùs, atq; ita artis hujus Masorethicæ usus atq; notitia cum inviolabilis integritatis Ebrææ fructu ad omnes pertingeret. Quod a de hâc sincera & genuina Masora, deque altera illa corrupta quorundã exemplariũ multi adeò promiscue loquuntur, ut utramq; sine discrimine vitiositatis & imperfectionis arguant, veré usurpabimus, quod aliàs Cl Hotting. Thes. Phil. p. 440. de Cabala pronunciat: *Dici nequit, quantas tractationi hujus materiæ offuderit tenebras vocis* Masoræ *promiscu9 us9 & inconsiderata 9fusio.* Ut ut n. defecta & corrupta multa Masoræ existere exemplaria, ultrò 9cedatur, alia tamẽ Mssa probatiora & integra õ planè intercidisse, facilè 9firmat proposit9, tùm providentiæ div. tûm illis ipsis Virisprophetic is, in adornãdâ æterna ejusmodi Script. custodiâ, finis & destinatio; quæ fuit, õ in unũ vel alterũ seculum illibatã Ebræi text9 integritatẽ præmuniisse; sed, ut Cl. Buxt. ait, in Tiber. p. 18. *eã in omne ævum ac posteritatẽ vel in minimo apice inviolatã 9servare.* Atq; ut Cl. Dilherr. loquitur in Disp. Phil. To. 1. p. 346. *Ne ullo tempore fieri posset, ut quicquã, imò ne apex quidem è Bibliis excideret, vel alienum quid irreperet.* Unde porrò his verbis ibidẽ 9cludit: *Opus hoc õ solum antiquitate suâ, cum ante Talmud sit 9scriptum, sed & integritate gaudet,*

ut in

at in 9fesso. Est n.opus hoc ut Ebræorũ Magistris dicitur, סייג לתורה *quasi septũ Vet.Instrum.ad omnẽ inde labẽ mendum ḡ depravationis propulsandũ*, interprete Fullero in Misc. sacr. l. 3. c. 13. *Et quod* עם שמירת התורה *9junctũ est cum 9servat.Legis*. Et certè, quod Elias Lev. Orat. 3. lib. Hamm rectè ait: כלי ספק לולי באו כבר כל התה החררה ונעשית התורה כשתי תורות ולא היו שני ספרים בכל ספרי המקרא שהיו מסכימים יחד *Sine omni dubio, nisi illi* Masorethæ *venissent, jam 9sumpta fuisset placenta, & facta fuisset lex quasi Leges duæ, nec essent duo libri inter omnes libros Script., qui inter se concordarent*. Imò asserente R. Jacob Chajim, in præfat. Bibl. Mag. *Fuissemus ambulantes sicut cæci, nec fuisset repertus nobis liber aliquis correctus, neḡ liber legis cui inniti potuissemus*. Hinc exquisitam illã Masoretharũ operã, Alsedius, in Encycl. p. 2217. õ invenustè cõparat *cum benè constituta domo, in qua ratio posßessionis 9stat, ac cum summa cura omnia servantur, ut nihil eripi, perverti aut mutari possit* Neq; in aliis magis causis, post providã Clementiss. Numinis curã, quam Masore hico labori acceptũ ferẽdũ, quod, ut Cl. Buxt. loquitur in Tiber. c. 7. *Quà latissimè patet Oriens & occidens, unô ore, uno modo, verbum Dei legatur, quodḡ omnium librorum, qui vel in Asia vel in Africa vel in Europa sunt, 9sonans Harmonia cernatur*. Qua de re sic Arias Montanus in Præf. Bibl. Reg. *Utilissimum illum Thesaurum Masoræ ad nostra usḡ tempora conservatum existere arbitramur. Tanta n. diligentiâ, tãtâ curâ, 9servatus est & sedulitate, ut nullã vel minimã in variis Bibliorum exemplaribus, discrepãtiam admisisse, deprehensus unquã fuerit*. Quomodo & Excell. Dn. D. Glassius testatur, Phil. sacr. l. 1. Tr. 1. p. 29. *Se in Bibliotheca illius Academiæ publica, manuscriptum in Regio membranæ folio codicẽ Ebræum vetustißimũ sanè, diligenter majori ex parte 9tulisse, & ne punctulo quidem à codicibus nostris discrepantẽ animadvertere potuisse*. Cujus Harmonici 9sensus potissimã causã tribuit curiosæ eorum diligentiæ, *quod attentis semper oculis opus Masoretharum respexerint*. Ibid. Quæ vero discrepantes quandoq; lectiones in diversis exemplaribus in uno vel altero elemento cernuntur, õ sunt nisi particularia sphalmata Librariorum vel Typothetarũ, de quib9 jam nullus sermo est, tùmetiâ è Masora infallibiliter statim arguuntur. Sic quod 9tentiones illas inter R. Ascher, & R. Ben Naphthali, & post inter מזרחאי *Orientales &* מערבאי *Occidentales Judæos*, de dubiis quibusdã Scripturæ locis agitatas (qui sub finẽ Masoræ à R. Chajim adjectæ cernuntur) attinet; & istæ tantũ particularium exemplariũ sunt, ortæ imprimis è temerariâ præsumptione R. Ascheris, qui (recẽsente Cl. Buxt. Tr. de Punct. p. 336.) celebre aliquod exemplar Hierosolymis diu re9ditũ, propria authoritate ob erroris suspicionẽ passim corrigere aggressus, 9tradicẽ tẽ statim R. Naphthali nact9 est, à quorũ discipulis & asseclis postea lites illæ sic protractæ sunt. Quarũ *præcipuã causam extitisse Masoræ tùm supercilioßum 9temptum tùm desidioßum neglectum*, docet Cl Hotting. Th. Phil. p. 418. *Ut cujus beneficio alias effectum ut ne litera quidẽ truncari textus sacer posßit, quin statim deprehendatur vel fraus vel error*. Ibid. *Impossibile n. est*, teste iterũ Eliâ Lev. præfat. Libri Hammas. *post laborem Masorethariam vel cecidisse, vel cadere potuisse* שנוי *vel* חליף *mutationem aut depravationẽ in ullos libros sacros*. Atq; hæc quoq; in præsenti instituto ratio nostra est, quare has paucas præ-

sertim

sertim paginas, speciali locorũ quorũdã variis lectionibus 9troversorũ vindicatione, ỏ occupandas cẽsuerimus. Non solùm, quod Exc. Dn. D. Glass. Phil. sacr. p. 63. seq. Pl. Rev. Dn. D. Calov. Crit. sacr. p. 417. Cl. Hotting. Thes. Phil. l. 1. p. 147. atque alii jam ante has partes ita in se susceperint, ut omnibus modis dederint 9fectas; sed etiã quoda sserendæ integritati Ebrææ, pro limitũ certè nostrorũ angustiis, satis esse duxerimus: si in genere de universo Ebræo codice summatim ostendamus, *omnis cujuscung3 etiam corruptionis ἀδυναμίαν irrefragabiliter Masorã arguere*: Ut verbis Plu. Rev. Dn. D. Walth. dicam9 in Harm. Bibl. c. 1. p. 11. Nãq; & ipsis illis dubiorũ locorũ vindiciis nunquã ferè ỏ primariũ ac præcipuũ argumentũ submini strat Masora: prout Exc. Dn. D. Glasi9 sæpissimè ad eã provocat, l. cit. p. 28. 63. 127. 129. atq; alibi passim. Sic Pl. Rev. Dn. D. Calovi9, Crit. sacr. p. 409. asserit; *è Masora duci argumẽtũ* IMMOTUM, *& p. 432. Sepem hanc & custodiam esse certissimam fidelissimam3*. Ita & R. Chajim, ad marg. Bibl. Venet. è Masorâ probat וז ראיה גדולה *id3 argumentum esse magnũ*, dicit; *duos illos vers9. Jos. c. 21. v. 36. 37. ibidẽ ỏ desideravi, eò quod in Masora enumerẽtur omnia loca vocula* את, *isti vero versus in illâ recensione ỏ reperiantur*. Eodẽ modo & alii Ebræorũ Doctores in dubiis ejusmodi circa externum formale Script. Masorã agnoscunt fundamentum. Sic רשׁי in præf. Libri מנחת כהן: עקר מהמסורת משמע דאליבא דמסורה *Fundamentũ 9stituendum est è Masora, omnes3 libri instituendi sunt ad mentem Masoræ*. Et R. Juda Mentur. in Quæst. & Resp. ad Nũ. &. אל פא תיפסין בעלי חמסורת עקר וכותבין כקבלתן *Debem9 apprehendere fundamẽtum Masoretharum, & scribere secundum traditionẽ ipsorum*. Idẽm 9firmat R. Aben Esra, in Glossa ad Exodi. 25. v. 31. *& in Statera Linguæ Sanctæ*. Nec abeunt ab his Christiani, Fullerus, in Misc. sacr. l. 3. c. 13. Arias Mont. in præfat. Bibl. Reg. Schick, in בה"מ p. 51. Hotting. Thes. Phil. p. 409. & complures alii, qui conferri possunt.

§. 16. Atq; sic in thesi hactenus probavimus, incorruptissimæ integritati Ebræorum Fontiũ, infallibili τῷ Φυλακτηρίῳ in omne ævum ita, prospectũ esse à Viris Propheticis, ut hodienùm ipsis authenticis primævis exactissimè 9formes sint, nec post 9fectã Masorã, ullã minimæ literulæ universalẽ corruptionẽ pati potuerint. Quarum probationũ evidentiæ cum nihil solidæ rationis adversari uspiã cernamus, quod sollicitũ refellendi studium mereatur; in Ἀνασκευῇ antitheseos eorum expendemus sententiã, qui licet post 9fectionem Masoræ nullũ universale erratum Ebræum textum corrumpere ampliùs potuisse, nobiscum statuant, nihilomin9 suos quosdã errores ac mendas eundem agnoscere hôc pactô, 9tendunt, dum spalmata nonnulla veterũ Librariorũ ante Esrã Masorethæ è singulari erga Scripturã religione in textu sic reliquerint, ac propagarint ad posteros. Circa quã sententiã penitiùs quædã consideraturi, necesse est, ante omnia statũ 9troversiæ rectè informemus. Non n. jam quæritur; Annon vel olim factum fit, vel etiamnum hodie fiat, ut à Librariis aut Typothetis sphalmata quædã orthographica in exscribendo textu Ebræo 9mittantur. Hæc n. in 9sideratione nusquã trahi, ab omnibus præsupponitur: cum faciles ejusmodi lapsus esse, particulares cujusvis ferẽ codicis mẽdæ ab se testẽtur, neq; universali Fontiũ integritati quicquã officiant. V. Exc. Dn. D. Glass. Phil.

Phil.S.p.4.EtSixt.Amam.Antibarb.Bibl.l.1 c.1. Neq; etiam in ꝯsultæ adeò mentis quiſquã erit, ut veteres librariosante Eſrã errandi immunitatẽ adexſcribendosEbræos Fõtes attuliſſe aſſeveret.Ut mirum ſit,Capellum animum inducere potuiſſe,tã fatuũ ꝯmẽtum tribuere,tùm aliis Ebrææ veritatis aſſertoribus, tùm ſpeciatim Cl. Buxt. F. & hôc nomine palam traducere, quaſi ab ipſis ſtatuatur; omnes librarios in deſcribendo Ebræo codice,eô ipſô ſtatim θεοπνεύς factos eſſe, ut in minimo quoq; apice exarando ἀναμαρτησίαν divinitùs obtinuerint.Conf.Cl. Bootii Epiſt.ꝯtra Crit. Capelli, p.4.5.Sed hoc quæritur: *An anomaliæ quædam vocum & literarum à Maſorethis in textu Ebræo obſervatæ ſint παροξύματα ſeu mendæ à priſcis Librariis ante Eſrã in textumOriginalẽ illatæ, quas Viri illi Synag. M. certa religione ducti, ita in textu reliquerint, & hôc pactô univerſali ſphalmate laborantes codices tranſmiſerint adpoſteros: Et an proinde vera theſis de integritate Fontium ſic ſufficienter informetur; quod Font. ita puri ſint, ut Verſionum queant eſſe Norma,nec rivulis Latinis & Græcis fluant turbidiores.*In affirmativã multos celeberrimorum Theol.& Philol.ire, patebit ex his, quæ nunc ſubjiciemus. Sic n. Exc. Dn. D. Glaſſ. Phil.S. l.1. p.9. *Quædam Notæ Maſorethicæ vocum in textu mendosè ſcriptarũ correctionẽ tradunt.* Et p.10. de voce ירך bis ſcriptâ Jer. 51.v.3. *Quis hic mendosè bis ſcriptam illã eſſe vocẽ ex negligentiâ ſcribarũ inficiari auſit? Et par eſt ratio aliorũ ꝯplurium:* Sic p. 13. *Abſentibus notis Maſorethicis fatemur ſphalmata aliquibus in locis eſſe.* Cum Exc.Dn.D. Glaſsio facit & Cl. Fabricius, in Partit. Cod. ſac. c.3. p. 13. ubi ait: *Vocem σφαλμαλώδη, quæ paſſa eſſet orthographicã depravationem, circello notarunt in textu divino, & eandem in margine correxerunt. Et p. 15. Sic de aliis multis judicandum.* Idẽ ꝯfirmat magni nominis Ebræus,Sixtinus Amama in Antibarb. Bibl. l. 2. p. 334. & p. 19. ait: *Sæpe voces in ipſo textu,vel ob lectionis vetuſtatem, vel codicum multitudinẽ relictas in manifeſto mendo cubare.* Pari modô & Cl. Hotting. Theſ. Philol. l.1 c.3. p.412. Ubi de anomaliis iſtis agit: *Quaſdam,* aſſerit,*eſſe fortuitas mendoſa deſcriptione ortas,cujuſmodi fatentibus Chriſtianis & Judæis ap. Sixtin. in Antib. p. 940. quamplurimis, PLERÆQVE ſint.* Hæc & ſimilia in aliorum quoq; Chriſtianorũ ſcriptis ſic paſsim proſtant. Quorum multos pro ſe allegat Sixt. Amama,in Antib.Bibl.p.740.nominatim Druſium,Mercerum Pagetium,Erpenium, Weigammei. Piſcat. & alios. Ut de Capello jam nihil dicamus;qui totoLibro primo Crit.ſuæ hoc unũ agit, ut literas,vocales,& integras voces perverſas & corruptas eſſe oſtendat.Pariter de integrit. Orig. font. Exc. Dn. D. Glaſsius, in Ph. S. l. 1. p. 13. ſic informat theſin, ut hoc tãtũ probandũ ſumat; *Textum Ebræum ita à corruptelis eſſe immunem, ut divina regula, & reliquarum verſ. imprimis verò Vulgatæ norma eſſe queat.* Cl. Hotting. verò in Theſ. Ph. p. 143 ex omnibus quæ diſſeruerat, tandem infert: *Ebræos fõtes à primâ ſua origine õ ita adeo generaſſe,ut rivulis verſionumLatinis aut Græcis turbidiores fluant.* In hæc jã tot tantorumq; Virorum ὠνηλίους ὑψιπόλους, ſtatuta ac placida ſcrupuloſiùs inquirere, certè אם הרבות כסף ומשתיקה זהב *Si locutio argentum,ſilentium eſſet aurum*: Præcipuè nobis: ut quibus aliàs, in accipiendis tantorũ Magiſtrorũ præceptis. obſequii potiùs & venerationis gloriã relictã eſſe ſcimus, quam de iis arbitrarier.

Nihilominus vitio versurum neminẽ putamus, si & aliorum celebrium õ minus Virorũ judiciis ac authoritatibus unà cum prægnantissimis rationibus in medium adductis, quid diversũ de proposita quæstione sentire õ immeritò suadeat, ostendam9; veriora interim & certiora monstraturo, sine omni ἀνθολκίας studio, quod בר מנן, nunquam non gratâ mente obsequiosas aures advorsuri. Argumẽtã igitur pro negativa propositæ quæstionis, quandoquidẽ de ea õ tã justã 9mẽtationẽ jã instituere, quã per summa rerũ capita breviter ire è definitorũ limitũ prẽscripto licet), ad duas generaleshas revocabimus classes; ut demonstremus: (1) *Majorẽ Scripturæ esse integritatẽ, perfectiorẽque ei asserendã esse, quã ex affirmata quæstione propositâ tribui ei potest.* (2) *Affirmativam nulla certa nitiratione, nec quicquam pro eâ posse afferri, cui õ aliunde longè 9modiori ac tutioriviâ rectiùs satisfieri queat, quam per sphalmatum 9cessionem.*

§. 17. Primum quod attinet, Majorem sc. Script. deberi integritatem, quam ex affirmata thesi ei tribui potest, antequã rationibus 9firmemus, necesse est prius autoritatibus Clarisſ. Virorũ authoritates vicisſim opponamus, ne soli, in hoc literarum genere ἀλφεστάτων placita refellere, iisdemq; temere atq; ἀυθάδως ἀντιδοκεῖν videamur. Initio igitur audiamus hic Pl. Rev. Dn. D. Waltherum, Theologum præcellenti literarũ gloriâ in9parabilẽ; qui ita hac de re in dedic. Harm. Bibl. *Sane õ diffitemur quosdã fidei nostræ addictos õnuspiã menda quædam irrepsisse suspicari, quia primo aspectu difficultas quædam inextricabilis alicubi objecta videtur; verum re penitius inspecta, deprehendimus eos hac in parte nimis liberales esse, & quod cum ipsorũ pace dictum sit, judicium õ nihil præcipitare, imo certitudinem originalium fontiũ penitùs subruere, ideoq; quod candidè profitemur, cum iis facere õ possumus. &c.* Et in Offic. Bibl. p. 349. ait: *Se in Harmonia suâ õ semel id improbasse, & omnium rectè & incorruptè sentientium calculum & suffragium diu impetrasse.* Huic adjungimus Pl. Rev. Dn. D. Calovium, Virum itidẽ, à quo nec ipsa calumnia vel invidia, (ne ἄρεσκον hic putes,) solidæ doctrinæ ac inusitatæ eruditionis elogium spernat. Hic verò in Crit. Sacr. p. 430. & 432. præclarè ostendit, quod licet in privatos codices particularia vitia negligentiâ Librariorum irrepere potuerint, publici tamen codices omnis corruptionis semper expertes manserint. Et p. 411. Ib. è Rabb. probat; *Legem 9servatam esse in manibus Masoretharũ, ut* IPSI MOSI DATA EST. Jam v. Mosi õ data est mendosè scripta. Hinc p. 385. graviter monet: *Non admittendum esse, lectionem textualem esse mendosã, eò quod religio nobis esse debeat, textum Ebræũ mendosum 9cedere.* In eãdẽ sentent. sic Cl. Bootius in APPEND. ad EPI. 9tra Crit. Capelli. p. 104. *Fixum immotumq; manebit perpetuò, quod codices nostri Ebraici ubiq; ac per omnia pro vero sincero q; textu Originario, qualis ab ipsõ Mose & Prophetis est profectus, haberi debeant, õ aliter ac si ipsaillorum autographa sub manibus haberemus, idq; ad minimas usq; voculas atque literas.* Ita Cl. Heinsius, in EXERC. sacr. ad Luc. 19. p. 181. *Singulos Script. apices tuendos esse* monet. Sic *quod nullæ Masorethicæ notæ corruptionum textualium indices sint, nec ullum universale erratum in textu sacro sit statuendum,* ex ALSTED. ENCYCL. p. 2217. Hugone Bruchtono, in concentu Script. præf. & p. 80. nec non Comm. in c. g. Dan. Polano, in Synt. Theol. l. 1,

37. Pa-

37. Pagnino, Helvico, atq; aliis plura teſtimonia & authorit. hùc conſtipari poterant, ſed chartæ redimendæ gratiâ cujuſvis induſtriæ id relinquimus. Tantum igitur de autoritatibus, ſequuntur rationes, quas deſumimus,

§. 18. (1.) *Ab exerto Chriſti teſtimonio, Matth. 5. v. 18. Luc. 16. v. 17. Providentiã div. in conſervandis ſacris literis ad ἰῶτα ἓν ἢ μίαν κεραίαν extendente.* Circa quod dictum, item illam de voce κεραία, an extremitates & prominentias literarum, an v. vocalium & accentuum præcipuè, (horũ n. figura quandoq; flexuoſa haut multum abludit, & Karneparah ipſo quoq; nomine id audit,) corniculas ſignificare debeat, noſtram nunc facere nihil attinet; ut quibus nihil aliud exinde jam probare propoſitum eſt, quam quod nihil omninò in Scriptura, quocunq; id veniat nomine, nullo unquã tempore mutandum fuerit. Hoc enim ἀναμφιλέκτως nobis præſtat diſerta atteſtatio, ἕως μὴ παρέλθῃ, quod verbum hic õ in 9modè accipitur in ſignificatione חלף, prout idem per παρέχεσθαι, tùm Pſ. 89. v. 6. tum alibi, LXX. Græci verterunt. Hanc v. Salvatoris λελαλημένην, mirari oportet, quomodo multi in neſcio quẽ ſenſum potiùs elevare quam illibatam exinde, incorruptiſſimamq; Script. integritatẽ ἀκονιστὶ, tãquã argumento omni exceptione majori 9firmare ſtudeant, ita ut Chriſtũ õ de textu Originario primævo, ſed tunc temporis in codicibus exiſtente, locutum eſſe dicant. Verum ſi ex genuinâ ἑρμηνείας methodo, parallela loca, Eſa. 40. v. 8. Proverb. 30. v. 5. 6. atque obſignationẽ illã totius codicis θεοπνευστίαν, Apoc. 22. v. 19. cum præſenti loco 9feramus, facile patebit, verba Chriſti accipienda eſſe de Scripturis in primævâ ſanctiſsimâq; ſua perfectione conſtitutis, minimè verò varias jam depravationes expertis, וזה קשה להבין *Idq; facile quivis intelligere & animadvertere poteſt:* tùm, quod corruptis jam largo ſphalmatum numero codicibus, tam ſanctâ atteſtatione tantã integritatẽ aſſeruiſſe, vanitatis חס ושלום ſpecie õ caruiſſet, tùm quod tantã Judæorũ ſive malitiã ſive incuriam, quâ textũ divinũ tot corruptionibus obnoxiũ reddidiſſent, vel à Chriſto vel Apoſtolis ſileri potuiſſe, nullo modo veriſimile ſit. Neq; n. levi aut perfunctorio crimine ſeſe obſtricturos fuiſſe Judæos, ſi quacunq; ipſorum culpâ effectũ id eſſet, liquido perſpicitur, ubi in præſenti dicto penitiùs 9ſideraverimus, quod utrũq;, & perfectionẽ præſtandæ ſeu implendæ legis divinæ, & perfectiſſimã integritatẽ monumentorũ ejus, ita 9jungat Salvator, ut de neutro minimã particulã tranſiturã, ἕως ἂν πάντα γένηται, diſertè teſtetur. Quæ cum ita ſeſe habeant & verò ex adverſa ſentent. plurimæ voces textuales in manifeſto mendo cubent, utiq; ſec. eos hodiern9 Ebr. textus ab originario primævo, benè multis vocibus, (ſiquidem ſolâ lectione & ſcriptione differentes 848. numerantur) mẽdosè ſcriptis, ita receſſit, ut lõgè plura de Lege jã tranſierint, quã minima litera, aut apex aliquis; quod quomodo cum verbis Chriſti ἀντιδιηρημένως 9trariis 9ciliarii queat, viderint, quibus defendere ea libitum. Exceptione quidem aliquâ frequenter ſe tueri ſolent, nim. vocẽ textus licet mẽdoſam in notis Maſorethicis tn. reſtitutã eſſe, adeòq; citra corruptionem minimæ etiam literæ ſuã è dicto Chriſti conſtare integritatẽ, *ſi non in textu, tamẽ in Maſora.* Verũ ſi hoc quicquid rationis propiùs 9tẽplemur, deprehendemus אין תוכן כברו

Ejus interiq̃ non esse sicut exteriq̃. (1.) n. cum clara & aperta Chr. verba sint ἀπὸ τοῦ νόμου למה נרפיך הנראין לנסתרים *Quare aperta ita verteremus in abscondita*, ut præter omnẽ necessitatẽ, in Masora perfectionẽ Scripturarũ quærẽdã dicamus, quã tamẽ, in ipsis esse Scripturis, Salvator disertè affirmat? Nũ Masora jàm qstituit integritatẽ Script. &ō potiùs ceu externũ vallum tantum munit? Ratio certè nulla est, quare quidvis potiùs qminiscamur, quã ut verba illa כפשיטו נפרשנו ונעמידנו על מתכונתו *Interpretemur sec. grammat. suum sensũ, & statuamq̃ dictiones super scopum suũ:* Qui cũ sit, tã impletioni Legis quã integritati Sacrarũ Script. summã perfectionẽ tribuere, V. plur. Rev. Dn. D. Calov. Crit. sacr. p. 436. patet fontibus in se spectatis, etiamsi omnis Masora abiis separetur, tantã integritatẽ esse tribuendam, ni ζὸ ῥηζὸν sine ulla evidenti ratione deferere velimus. Tanti n. ō esse quæ obstare putantur difficultates, mòx infra demonstrabitur. (2) Pugnat ratio illa cũ Providentia Dei Assertoris verbi sui potentissimi, qui incorruptã oraculorũ suorũ integritatẽ, dicendus esset, aut noluisse aut nō potuisse, in textu ipso qservare, sed in Masora demũ id præstiturũ fuisse. Quod vix sibi persuasurum quenquã putamus. Quandoquidẽ vel solum hoc providentiæ divinæ documentũ ipsos Pontificios pridẽ ad incitas ita redegit, ut Bellarminus, l. 2. d. V. c. 2. palam fateatur: *Nõ verisimile esse, Deũ unquã id passurũ fuisse, ut verba tot illustriũ Prophetarũ generaliter falsarentur.*

§. 19. (II.) *A contrariæ sententiæ periculositate.* Hæc v. ita in aprico posita est, ut ipsi illi, qui textũ passim mẽdosũ esse statuunt, periculosas qsequentias formidantes, nihilominùs fontes purissimos & incorruptos esse asserant. Ita n. Exc. Dn. D. Glass. Phil. S. p. 14. *Quando de integritate Fontiũ Ebræorũ loquimur, primũ intelligimus illã, quæ est in vocibus qplexis: sed hic ō subsistimus, verũ & hoc addimus; Elementa quoq; Ebræa Script. h. e. literas & puncta ab omni defœcata esse corruptela.* Et p. 29. Ib. ait. *Ab omni mendo universali immunes divina gratiâ ad nos transisse sacros Ebræos libros.* Eundem in modum & Hotting. Thes. Phil. l. 1 c. 2. & Sixt. Amama. Atq; hic quidẽ specioſos ōnnullis quæri prętextus videmus, quibus, cum assertâ, uti par est, summâ Fontium integritate, cõcessionem nihilominq̃ universalium mendorum textualium, conciliare nituntur; sed an justâ trutinâ pensitanti sese satis probaturi sint, haut parum dubitamus. (1.) *In Notis Masorethicis errores illos indicatos & sic integritati suæ restitutos esse*, dicunt: V. Hotting. Thes. Phil. pag. 417. Et Sixt. Amam. Antib. Bibl. p. 23. Sed huic in præced. §. jam satisfactum. Atque omninò טהר טוהרא דיומא *Luce meridianâ clarius est.* quod frustra & nulla exigente necessitate se torqueant qtra clara Chr. verba, Matth. 5. v. 18. quibus utiq; Legi ipsi summa minimæ literulæ integritas asseritur, non Masoræ. Tum verò nec ipsum hoc sphalmatum indicium si de abundanti concederetur, textui incorruptionem præstaret, quandoquidem vitiũ aliquod indicare, ō statim est exinde tollere. Laborat igitur nihilominus textus, quicquid Masora moneat. (2) *Paucula ea tm. esse sphalmata*, V. Sixt. Am. Ant. Bibl. p. 20. Quid verò, quod *ō nisi pro tanta librorum sacrorum antiquitate, & pro tam variis & asperis Judæorum calamitatibq̃ & exiliis, paucula esse*, dicat? Ib. Et p. 748. *Amendis illis nullum Fontibus esse periculũ, cum pro manipulo in iis, tota plaustra habeat*

Vul-

Vulgata. Nũ ergò hinc Fontes sat corrupti esse desinent? Si vero pauca sunt, quomodo dicitur; *de multis aliis, plerisq;, aliis compluribus, & c. idem esse judicandum*? Et certè fieri aliter nequit; si quasdam anomalias méda Librariorum esse dixerimus, quam aut de reliquis vel sexcẽtis idẽ statuamus, aut nostri judicii arbitrio ꝯmissum velimus utra anomalia primævæ suæ sanctissimæq; originis & authentiæ sit, & utra è Librariorũ incuriâ νοθείαν habeat: quale judicium in Script. sacras sumere, temerariæ licentiæ sane fuerit. (3) *Levicula ferè tm. esse, ut quibꝯ salutari fidei & morũ dogmati nihil derogetur*. Imò ut Sixt. Am. in Antib. Bibl. p. 22. loquitur: *Deum pro cælesti chirographo suo ita Zelasse, ut in iis ipsis infirmitatis humanæ erratis & παροράμασι non dormitarit vigil providentiæ ejus oculus, cavendo diligentissimè, ne ulla orthodoxæ fidei particula detrimentum caperet*; Accur in his infirmitatis humanæ erratis ἀκοίμητον Θεοῦ ὀφθαλμὸν demum vigilasse credimꝯ, & non potiꝯ pro totius chirographi sui illibata sinceritate Zelum illum armasse? Certè humana industria circa chirographi alicujus etiam in minimis fidem, notior est, quam ut memorari debeat, num cælestia & æterna circa salutem animarum versantia documenta segniorem curã meruisse putamus? Verè & graviter in hanc rem, Cl. Buxt. Tr. de Punctis. Part. 1. c. 16. *Non satis est de Sp. S. scriptis ita sentire, ut õ periclitetur aut adulteretur salutaris dogmatũ ac morũ doctrina, sed opera danda est, ut ubiq;, etiã in minimis Script. integrit. assequamur. Nam ut D. Bernh. ait: Ne modica quidẽ vacat particula, imò nimis viliter hoc esset de ea sentire*. Hinc Pl. Rev. Dn. D. Calov. Crit. sacr. p. 437. *Sanè si semel admittatur, errores in Script. sacra ꝯmissos esse, ut ut dicatur ea õ pertinere ad fidẽ & morum doctrinam, facile in suspicionem vocari poterunt Scripturæ in cæteris, difficilimè autem corruptionis suspicione vindicari vel in unico loco!* Imò si in dogmatibus divinis solùm Scripturæ infallibilis authentia astruẽda est, ecquã in quibusvis dubiis textualibus adversus, Heterodoxos vindicãdis obtinebimus Judicẽ? Nullis igitur harum exceptionũ juvari ꝯcessionẽ sphalmatũ satis liquet: *Et perniciosum proinde*, teste Cl. Buxt. l. cit. *existimandũ esse, periculosa in Theologia ponere vel concedere principia, & tamẽ ꝯclusiones negare velle*. Ut plurimũ n. monstri aliquid subest, & ignes latẽt suppositi cineri doloso. Nã juxta tritũ illud Sapientũ Ebræorũ: שבשתא כיון דעל על *error ubi semel ingressus est progreditur*. moxq; inexplicabile inꝯveniẽtiarum trahit agmẽ. ὡς ψεκάδες ὄμβρον γεννῶσι. His ergò sic remotis, quibus de causis jam integritati Script. per adversa sentent. õ satisfieri putemus, breviter subjiciendũ erit.

§. 20. (α) *Quia ex eâ derogatur Augustissimæ Scripturarũ Sanctitati*. Hæ n. àcõmuni Scriptionis genere quantâ præcellentiâ sint submotæ, hinc apparet; quod dicantur γραφὴ θεόπνευστος, 2. Tim. 32. v. 16. Imò Interprete Syrô ܟܬܒ̈ܐ ܩܕ̈ܫ̈ܐ ܕܐܠܗܐ *Scriptura, quæ per Spiritũ scripta est*, Et Exodi, cap. 32. v. 16. מכתב אלהים *Scriptura ipsius Dei*. Ob hanc igitur originis Augustã Majestatẽ õ immeritò ei tribuitur quod רבם in Libr. fundã. Relig. Judæorũ, Ikkar, 8. de Ipsa prædicat: *Quod singulæ ejus literulæ ꝯineãt intra se Sapientiã infinitã, ut etiamsi cui Deus eam det intelligendam, nunquã tamen ejus finẽ apprehendat*. Et quod aliàs de R. Zaccaide minimô illo inter 80. Hillelis discipulos

pulos immodicè prædicatur in Massicht. Sopherim c. 15. Halach. 8. rectius longè Scripturis apponatur. אם יהיו כר׳ השמים יריעות וכל האילנות קולמוסין וכל הים דיו אין כדי לכתוב את חכמתו *Si essent universi Cæli cortinæ, omnes arbores calami & totũ mare atramẽtũ, õ sufficerent adscribendũ Sapientiã ejus.* Hinc D. Hieron. l. 1. de sanctâ fide 9tra Judæos: *in Ebræo textu tot sunt sacramẽta, quot sunt literæ, tot mysteria quot puncta, tot arcana quot apices, quorũ nullũ præterirurũ Christus ipse dicit, donec impleatur.* Quæ cum ita habeant; & sec. Balmesium: *Nihil in Script. per errorem sit deficiens aut redundans, sec. naturã eorũ, quæ absoluta & perfecta sunt*; ut meritò de eâ usurpes Johanniticũ illud, Apoc. 22. v. 1. *Fluvius purus aquæ vitæ splendidus ut Christallum*, ultro liquet, fontes hos õ tantũm Versionũ rivulis õ turbidiores, sed nec minimâ illuvie inquinatos statuendos esse. Atq; ut hoc quoq; addamus, licet hic ea de re propriè agere animus õ sit; Si quis è Script. N. Test. nobis litem velit intendere, quod õ min9 sit γραφὴ θεόπνευς & tamen longè plurimus variis lectionibus impura sit: respondem9, variantes quidẽ diversorũ codicum lectiones ultrò in eâ 9cedi, ut hodie in diversis Ebræis quoq; codicib9 sæpè reperiuntur, verũ ullã harũ varietatũ ũniversalẽ errorẽ esse, ita ut in primævis authenticis quicquã aliter exscriptũ olim fuerit, quã in universis nostris apographis, hodie dicam9 sub finẽ cap. 31. כמו שהרפואה חמורכבת תפסר דוגתה בהחליש כח פשוטיה החזקים *Quemadmodũ medicinæ alicujus 9posita forma corrumpitur, cũ debilitantur virtutes simpliciũ ejus fortiũ.* ita etiã in Script. S., quę una est ἰατρεῖον nostrorũ languorũ atq; ut scitũ Arabũ docet: ❊ كَلَامُ اللّٰهِ دَوَاءُ الْقُلُوبِ *Verbum Dei medicina animi.* Fieri nequit, quin si elemẽta ejus corruptio passim invasit, voces quoq; 9plexæ, atq; adeò integer sæpè sens9, õ ãpli9 genuinã suam habeant authentiã: siquidẽ, ut Medrasch super שיר השירים è Sohar allegat; *Per unũ punctũ sæpè mutatur dictio & trãsit in dictionẽ quæ subsistit in sensũ alio.* Et quantũ negotiũ facessere queat vel uni9 atq; alteri9 literulæ neglectus, quidq; eò aliquoties effectũ sit, Conf. Cl. Dilherr. Disp. Phil. To. 1. p. 394. & 694. Exempla n. õ adjiciemus, cũ nusquã õ obvia sint. Quin si vel maximè ejusmodi corruptio integrã orationẽ aut sensũ Sp. S. alicubi õ turbaret, & sec. Ebræos אינו מעלה ואינו מוריד כפי העולה במחשבה *non faceret ascendere vel descendere, quod surgit in cogitatione*: nihilominus tali quoq; leviori mutatione, in tantæ divinitatis monumentis, magnã perfectionis partẽ cadere necesse est: & profectò si õ aliud, ad minimum יפסרו סדריו והסכמת מניחיו *Corrumpẽtur ordines ejus & placita Institutoris ejus.* Ut Ephodei c. 13. verbis dicamus.

§. 22. (γ) *Quia Pontificiis tantũ indulgere periculosũ est.* Pariter n. Bell. de V. D. l. 2. c. 2. *Script. tantùm quadantenus esse corruptã*, dicit; & in fine ej. cap. *Cæterũ õ tanti sunt ejusmodi*

jusmodi errores, ut in iis Script. integritas desideretur, sed plerũq; in quibusdã tãtũ dictionibus, quæ sensũ aut parũ aut nihil mutant. Et Johan. Driedo, l. 2. de Ecl. Dogmat. asserit: *Script. Ebræas õ quidẽ in universũ esse corruptas, nec tamẽ omninò esse integras & puras, sed habere suos quosdam errores, qui irrepserunt incuriâ librariorũ.* Non malè hic Pontificios sentire dicis? At quã õ tutũ sit, vel id quoq; ipsis largiri, facile probaverimus, tùm è præcipuorũ Nostratiũ sedulo refellẽdi studio, Conf. B. Gerh. Exeg. L. Comm: p. 344. & Helv. in Vind. Loc. Sc. p. 3. tùm è subleſtis eorum molitionibus, quas sub modestiæ hujus umbone Script. Sacr. struunt, ὕπαλόν τι nunquã õ fovẽtes: prout ipse Morinus, juratus sacrorũ fontiũ hostis se jam tueri nititur Virorũ celeberrimorũ exemplo, qui hic illic mẽdas in Script. irrepsisse suspicati sunt V. Cl. Boot. præf. in Animad. sacr. Quicquid igitur rectã se ingredi simulẽt viam, semper tamẽ σκαμβαίνουσι, & quod iterùm eleganti verbo dicunt Arabes, ظِلُّ الأَعرَجِ أَعوَجُ *Umbra claudi curva est.* Quantò ꝑsultius igitur existimabim9, dũ amoliendæ omnis pestis sat salubria media manus adhuc ultrò quasi ambiũt, ut mala ejusmodi à radice præcidam9, & suffocem9 in herba, audientes Sapientum Ebræorũ illud: è Jalkut in Legẽ. f. 279. עד שנגלא בריגלך דרוס כיבא *Dum calceus est in pede tuo, ꝑculca spinas.*

§. 23. (δ) *Quia magna exinde in Scripturis aliquid mutandi laxatur licentia.* Verisime n. habere illud R. Cusar, lib. sui parte 3. § 49. *Si lex nostra õ esset astricta ad certos terminos quos transilire non licet, nihil foret in eâ certi, & sæpissimè ingrederetur in eam aliquid quod minimè ad eam pertinet, & vice versa sæpè ex ea egreditur, quæ sunt de ea.* patet ex iis, quæ Exc. Dn. D. Glassius, Phil. sacr. p. 10. recenset, & sphalmatũ correctionẽ factam esse, exinde ꝑfirmare vult; quod in codic. Reg. Plant. atque Basil. for. Min. vox פְּרַת 2. Sam. 8. 3. è margine in textũ recepta sit, cum ante in textu õ ipsis literis sed tantũ per Scheva & Kamez expressa esset. Ita quod Munsterus & Cõplutenses Biblia sua Jer. 10. v. 11. correxerint, quatuor literas in textu mutãtes. Sic Cl. Schick. in בהם. p. 77. ait: *Vocẽ* הַעַל מַה *Esa. 7. v. 14. OLIM* cum ם clauso fuisse scriptã. De quo Mũnsterus in notis ad illud cap. *Quanquã hodie in nostris exẽplarib9 secus sit.* Cũ tn. & ipse loc. cit. & post plurimos alios etiã Exc. Dn. D. Glass. l. c. p. *§. Mysterii alicujus insinuãdi & profũdioris sensus in scriptam voce investigãdi gratiâ* ם *illud clausũ pro* מ *aperto positum esse doceant.* Tales v. correctiões si non improbandæ sunt, sed textum potius mendosum esse, exinde confirmari debet, quid jã restabit ad extremã profanorum & ad contradicendũ natorum hominũ licentiam? quibus hic ad pervertendam omnẽ Scripturarũ integritatem proximus erit gradus, sicut ידא אפותא דרגא לשינתא *Manus ad frontẽ gradus est ad somnum.* Ut istud Ebræorum è Pesachim f. 112. huc accommodemus. Conferantur, quæ Cl. Hott. Thes. Phil. p. 213. enarrat; & *manifestum fiet, quo lascivia hominum penetret, si semel* סיג תורה *sepimẽtum Legis, i. e. receptum & Masoretharum industriâ quasi circumvallatam Script. in dubium vocemus lectionem,* teste eodem. Rectè igitur R. Muscatus in Comm: suo: *Si homo hâc viâ incedet, & rationi suæ insistet, plurima reperiet, quæ longinqua & aliena sunt à ratione ipsius,* אם רוח המושל יעלה עליו לשנותו וברצונו יבלע וישחית עד אשרלא יעזוב להם שרש וענף *Super quæ si spiritus Dominatoris transiverit ad mutãdũ illa pro*

suo

ſuō arbitrio, ita omnia deglutiet & corrūpet ut nec radicē nec ramū illis ſit relicturus. Et ſane quantas turbas dederit, quod fraude quorūdam Judæorū ſexto ab hinc ſeculo in quibuſdam exemplaribꝰ, Pſ.22.v.17. vox marginalis כארי in textū intruſa eſt pro כארו unico ן in י mutatô, nemini ō notū eſt. Ut etiam Wittakerꝰ, Chamier, Junioꝰ, atq; alii quaſi re jam deſperatā conceſſerint: *Hoc unū poſſe in Fontibus Ebræis corruptelæ indicium inveniri:* in eo tamē nimis citò ῥιψάσπιδες, cum ad ſummū non niſi recentiorū quorundam exemplariū corruptio inde evinci poſſit. Qua de re inf. plura. Quod ergo de hac vocis marginalis in textū relatione omniū ꝰſenſu ꝰſtat, (videatur Forſt. Lex. p.394. Hugo Brucht. in c.9. Dan. p.45. Helv. Diſp. Gieſſ. To.4. Diſp.14. Fullerꝰ, Miſc. ſacr. p.354.) *quod ſit inꝰſiderata prorſus & ſingularis temeritas, ac falſatio textꝰ,* (licet particularis ea tantū, quā ultro concediꝰ,) idem quoq; de recenſitis ſuperiùs mutationibꝰ dicendū arbitramur, & quod proinde minimè legitimæ correctiones ſint, è quibus textum mendis paſſim laborare, probari debeat. Hinc mutationes ejuſmodi textus nunquam non quâ Chriſtianis quà melioribus Judæis graviter improbatæ ſunt. E Chriſtianis, Cl. Buxt. ſententia hæc eſt, in Tiber. p.50. & 64. *Minimū apicē in ſ. textu ō poteſt niſi cum extremâ impietate humana tranſmutare audacia. Futurum n. eſt, ut ex ſenſu divino inhumanū paulatim degeneret; cum audacia hum. ægrè in terminis ſubſiſtat.* E Judæis, ſic Aben Eſra in Tzachut. f.192. *Cave tibi & cuſtodi animam tuam valdè, ne dicas mutādū aut corrigendum eſſe; ō n. hoc rectum eſt in libris profanis, quātò minus in verbis Dei vivi.* Ita in Medraſch ſuper שר השרים hæc citatur eâ de re ſententia: *Etiamſi omnes eſſent Prophetæ, ut Moſes ipſe, ō in. ipſis eſſet poteſtas innovare etiam unicum punctum vel literā minimā Legis.* Hinc tā ſtudioſi ſemper fuêre Judæi in deſcribendis incorruptiſsimè Fontibus; ut teſte R. Maim. Tephil. c.7. S.11. Lege apud ipſos cautū ſit. *Si apographū apertum pro clauſo ſcripſiſſet, ne ulla prorſus eo eſſet ſanctitas.* Et Tephil. c.7. S.13. *Ne haberet aliam correctionē, niſi ut prorſus tollatur univerſa columna talis, aut vaſi teſtaceo incluſum ſepeliretur juxta ſtudioſos ſapientiæ.* De quo accuratiſſ. eorū deſcriptionis ſtudio, Conf. Bibl. Rabb. Buxt. p.250.

§.24. Prioris claſſis argumenta luſtravimus; è quibus cum ſatis liquere putemꝰ, perfectiorem Script. aſſerēdā eſſe integrit., quā ꝰmuniter ei tribuitur; reſtat, ut poſterius probationum membrū accedamus, quô hoc ꝰfirmandum ſumpſimus, *quod affirmativa propoſitæ quæſt. nullis ſat firmis nitatur rationibus, nihilq; ꝰs pro eâ aſſerri poſſit, cui non aliunde longè tutiori & certiori viâ ſatisfieri queat, quam per conceſſ. ſphalm.* Rationes, quas in contrarium reperire licuit, ſunt (1.) *Quod Maſorethæ certa religione ducti ō auſi ſint ſphalmata illa librariorū, quæ in varios codices irrepſerant, emendare.* V. Exc. Dn. D. Glaſſ. Phil. S. p.9. Et Cl. Fabric. Partit. cod. ſacr. c.3. p.13. Sixt. Am. Antib. Bibl. p 749. vocat *in exceſſu peccantē religionē.* Capellus, Crit. ſacr. l.3. c.15. ait: *Maſorethas codicum, quibus uſi ſint authoritate & reverent. motos, Script. multis in locis vitioſam & defectam ita reliquiſſe, in margine ν. per τὸ Keri indicaſſe.* Quod idem affirmat Hott. Theſ. Phil. p.417. Hujus jam aſſertionis licet nulla uſpiam compareāt probationes, ut proinde pari facilitate rejici poſſet, qua affertur; nihilominus tamen, quia magnā momēta ei ſuperſtruunt, oſtēdemꝰ, meā eā eſſe ꝰjecturā, nec ullô modô fieri potuiſſe, ut Maſorethæ notis ſuis mēdas librariorum indicarēt. Aut n. vitia illa obſervarūt in ipſis authenticis Scriptorū ſacr. libris, aut

in ſ vitioſis Librariorum apographis. *Non (1.) in Authentiis.* Id n. (*Ἀνδάσομαι ἀνόρνιθος λόγον ἀλαθῆ νόῳ.* Pind. Ol. Od. 2.) nemo unquam affirmarit, qui ſimul *ἀναμαρτησίαν* ſeu omnis erroris immunitatem Sp. S. Amanuẽſibus abroget, quã tamen ipſis aſtruendam eſſe, ita pro conceſsis habemus, ut pluribus id probare, nihil opus arbitremur. Ipſe n. Sixt. Am. l. cit. pi4. õ ſolum abs ſe fatetur, ſed & Pontificios adducit confitentes: *Et res & verba* à Sp. S. dictata eſſe, adeò ut Originalis textus Scriptores ne in minimis quidem errare potuerint: atq; hinc Fontes præclaro VERITATIS titulo à Patribus inſigniri. *Nec (2) è vitioſis Librariorum apographis.* Nã quid attinuit ea conſulere, ubi probati authentici codices adhuc ſub manibus erant? Neq; n. vel Eſram, vel ipſos Prophetas Haggæũ, Zachar. Malach. qui Synedrio huic præfuerunt, tã ſupinæ quiſquã incuſarit negligentiæ, ut nullum genuinum ſincerũ atq; authenticum exemplar Script. ſacr. penes ĩpſos aſſervatum eſſe dicat. Audiamus hic Doctiſſ. R. Chajim Tunetanum, præf. Bibl. Maj. *Sentẽtia illorum longè eſt â me, nec adduci poſſum ut credam, & labiis ꝙfitear, Eſrã Scribã & collegas ejus, libros Legis & Prophetarum õ niſi dubios corruptos & ꝙfuſos inveniſſe, ſed potiùs quod habuerint adhuc Biblia ſacra integra & illæſa.* Ut n. poſt prophetiæ obſignationẽ laudatiſsimo illo opere Maſorethico, ita ante eãdẽ vigili Propheticorũ virorũ cuſtodiâ ſanctiſsimæ Oraculorum ſuorũ integritati divina proſpexit providentia. Imò ponam ꝙ, Eſram cũ collegis in depravatis codicibus dubias & variãtes lectiones ſic reperiſſe, quâ probabilitate nobis perſuadebimus, ipſos vel Spiritu Prophetico ſcire õ potuiſſe, quænã genuina & ſincera Sp. S. ſcriptio eſſet, quæque adulterina: vel tam præpoſterâ religione erga *ἀβλεψίας* Librariorũ fuiſſe ductos, ut potiùs iis in textu relictis, corruptos Fontes, quâ ſublatis integrũ & incorruptũ textũ in omnẽ poſteritatẽ propagare voluerint? Nõne hoc eſſet, cum Huntlæo, Capello, Crit. l. 3. c. 15. & l. 6. c. 8. qui præ aliis hiç ſeriò rem gerit, horumq; aſſeclis, *Maſorã* facere *mediũ propagãdi depravationẽ textꝙ Ebraici*? Num eô fine priſci illi Ebræi Sapiẽtes tã exactum omniũ vocum & literarum iniêre numerũ, & ſec. omnes affectiones tã diligenter ꝙſiderarunt, imò & notas סברין *Putatia* iis adjecêre vocibꝙ, quibus ob inſolentiorẽ anomaliã, vel putare quis poſſet, vitiũ fortè ſubeſſe; ut æternũ corruptꝙ & depravatꝙ exiſteret Ebr. codex? Et õ potiùs eò, ut teſte Ephodeô c. 7. להשאיר הספרים ההם לעד בתכלית הדקדוק ורשלמות *Ut libri iſti æternum permanerent in ſumma accuratione & perfectione?* Et Aben Eſrâ, in יסוד מורה, *Lex Domini & libri ſancti perſtarent in forma ſua, abſq; ulla additione & diminutione.* Hoc utiq; eſt, quod ab Ebræor. Magiſtris in Chronico יוחסין fol. 13. Et Talm. Hieroſ. lib. Megill. c. 3 celebrantur: *quod reſtituerint Coronã & Magnificentiã in priſtimũ ſtatum.* Magnificentia Legis quâ nullã majorẽ exiſtimãt: Et ab Aben Eſra in Stat. Ling. S. *Quod elapidarint ſemitas teſtimonii, removerintque omnem lapidẽ offenſionis è viis Domini.* Dum, nim Scripturas õ ſolũ à Pſeudoprophetarũ ſpuriis & falſis libris repurgarũt, ſed & probatiſſimorũ codicũ exquiſitâ operâ atq; ſtudio frequẽtiorẽ feçere copiã atq; uſũ; cum eouſq; Scripturæ partim negligentius habitæ eſſent, ob Chaldaicarũ Paraphraſiũ receptiorem in populo prælectionẽ, partim incuriâ Librariorũ multa vitioſa & defecta paſſim exi

rerent exẽplaria, licet tamen nunquã ô piis quibusdã id cordi esset, Prophetis certè Domini, nunquã animo laberetur sedula omniq; studio accurata verbi Divini custodia.

§. 25. (11) *Quod multa Script. loca manifestè sint sphalmatica, cum nullæ talium anomaliarũ indicari possint rationes: imò notas quasdam Masorethicas sphalmatum horũ indicium facere.* Loca sphalmatica ab Exc. Dn. D. Glass. in Ph. S. p. 10. allegantur seqq. 1. Sam. 4. 13. Ezech. 42, 16. Zachar. 4. 2. Nehem. 7. 3. Jer. 51. 3. 2. Sam. 8. 3. Jer. 50. 11. De quibus præmittit: *In re manifesta quid dubiis opus est ꝯjecturis.* A. Cl. Hotting. Thes. Ph. p. 417. Jud. 16. 18. Ruth. 4. 5. 2. Sam. 20. 14. Jud. 19. 3. Psal. 139. 6. 2. Sam. 24. 18. Eadẽ fermè à Sixt. Am. & insuper, Prov. 19. 19. & 20. 20. & 23. 26. & 8. 35. 2. Reg. 8. 10. Esra. 4. 2. Jes. 63. 9. Ita & notas Masorethicas valdè urgentur. Ex aliis v. Galatinus l. 1. c. 8. asserit. *Scribas his notis textũ passim depravasse, ô quidẽ malo animô, temerè tn. & contra expressum Dei mandatũ, Deut. 4. & Prov. 30, Falsationem illã textꝯ prædictã esse à Jer. c. 7 9. & 23. Factam esse tribus modis, literarũ mutatione, punctorũ falsorũ adjectione, & notarum textualiũ seu Kethubim & Keriim appositione. Demũ, has depravationes è Talmude posse restitui.* Atq; hic jã est, ut Ebræi loqui amãt, אבן נגף וצור משכול *Lapis offensionis & petra scandali.* Hæc meticulosa difficiliorũ anomaliarũ & notarũ Masorethicarum causas indicandi desperatio, istas genuit distinctiones, inter anomalias notasq; Masorethicas, quæ arcani alicujus sensus, & quæ σφάλματα librarii indicia sint. Quẽadmodũ Sixt. Am. lib. fæpiùs allegato p. 735. id imprimis urget, quod ubi ꝯtrariũ sentientes, rationes harũ reddere jubeantur, ad ꝯfessionẽ ignorantiæ ꝯfugiãt. Quo accedit præcipua causa haud levium sane errorũ, falsa illa hypothesis Eliæ Lev. de punctatoribꝯ Tiberiẽsibus, atq; aliis longo tempore ꝯsequentibꝯ Masorethis præter Syn. M. Viros. V. Sixt. Am. l. cit. p. 737. & 745. Quæ sententia põstquã semel Doctissimorũ licet Virorũ quorundã mentes pellexit, ô potuerunt ô periculosæ circa hanc quæstionẽ existere opiniones, tanto magis, nostro judicio, noxiæ, quanto à præstantioribus ingeniis speciẽ accepêre ac pondus. Sed ut huic quoque argumento, quod זיג כזוא חיורא *Splendet ut nũmus novus*, satisfiat, (1) Negamus, nullas illarũ anomaliarum indicari posse rationes, ꝯtrariũ n. in seqq. §. 27. 28. mox demonstrabitur. (2) Nulla est ꝯsequentia. Namq; ut è concessis nunc prius disputemꝯ, ponamꝯ ita, nullius omninô anomaliæ aut notæ Mas. rationẽ à nobis posse indicari, õdũ tamẽ è nostra ignorantiâ ad negationẽ rei tã firma est collectio, ut pro remanifesta & omnibus modis jam probatâ haberi debeat. Sanè præter communẽ linguæ usũ hæc talia esse satis manifestum est, at scienter ea ab ipsis Scriptoribus sacris ita non esse posita, sed fortuitæ librariorum ἀβλεψίᾳ imputanda esse, id nondum adeò clarè probatum est; sed meris potiꝯ nititur ꝯjecturis, errores ejusmodi graphicos facile cõmitti potuisse, ob affines literarum ב & כ, ר & ד, ו & ן, ח & ת, ם & ס & & similium, figuras. V. Sixt. Am. l. cit. p. 732. Ut meritò vel ex Andradio respondeamus l. 4. Def. C. T. p. 247. *Si tota causa ex nuda suspicione pendet, leviora sanè sunt, quam ut sacris Ebræorum voluminibus anti-*

quã

quitate illustrissimis, omnium seculorum testimoniis amplissimis, insignem turpitudinis notam ad ignominiã sempiternam inurere debeamus. Quin ipse Sixt. Am. l. all. p. 46. bis ultro fatetur: Quasdam illarum anomal. ita esse comparatas, ut ex descriptorũ incuriâ esse ó posse videantur. Ut quod *vox* בַּעַר 21. *vicibus sine* ה *scribatur in Mose, &* יְרוּשָׁלִם *quinquies tantum occurrat in tota Script. plenè cum* י *scriptum. &c.* Ita Schick. in בית p. 34. similia adducit, de quibus profitetur: *nequaquam videri è naufragio librario sic enatasse.* Et quæ hæc sequela, si posteris de Majorum rationibus & causis, indubitatò non amplius constet, propterea ad errorum admissionem confugiendum esse? Licet n. nobis eorum omnium causa non semper appareat, atq; ut R. Jehuda ait: in Comm. Lib. Cosri. נפלאת בעינינו *Mirabilis videatur in oculis nostris: ipsis tamen Authoribus*, teste Cl. Buxt. in Tib. *evidens & digna notatu semper fuit.* Hinc Cl. Hotting. Thes. Phil. l. c. 2. ipse fatetur, monetq; *: Nodos ejusmodi in Script. non intempestivè, cum periculo authoritatis Script. secandos, sed modestè solvendos, aut tanquã imperfectionis nostræ testes in actos relinquendos esse.* Aut num majus fortè periculũ imminebit à confessione nostræ ignorantiæ, quã corruptionis crimini objiciendâ Scriptur. integritate? Itáne tutius est, Scientiæ nostræ gloriam fartã tectã ꝯservare, quã Pontificiorũ criminationibus exponere Scripturas. Quandoquidẽ ex illâ sentent. utiq; cujusvis arbitrio judicandum committitur, utra anomalia arcanos Sp. S. sensus, & utra supinam oscitantiam Librariorum foveat; prout nim. cujusq; rationem & causam assecutus aut non assecutus fuerit. Huntlæus certè, ut ante quoq; dictum, *Masoram* hinc facit *conservatricem corruptionum textꝰ Ebræi*, quod, concessis sphalmatis, quomodo negari possit, equidẽ ó videmus. Sic Moringꝰ ἀπρονόητος ille Original. Font. hostis, *Doctissimorum Virorum* se tuetur *exemplo, qui mẽdas hinc inde in Scripturas irrepsisse suspicati sunt.* Ita Capellus, aliiq; Ebrææ integrit. destructores, omnibus aliàs solidis rationibus destituti, concessionem hanc sphalmatum calidis votis pro se interpretantur: dum, ut fieri solet كُلُّ الْحَفَاءِ يَحْتَذِي بِالْحَافِي *Quovis calceo calceatur nudipes*, quod scito adagio Arabibꝰ dicitur. Atque hoc est, quod Plur. Rev. Dn. D. Walther toties monet, eos, qui hoc ꝯcedunt, nimis liberales esse, & magno cum origin. textꝰ præjudicio id largiri, quod nulla adhuc exquisivit necessitas.

§. 26. His igitur præsuppositis, atq; ostẽso ita, quod ó solũ periculosũ sit, mẽdas, in textu affirmare, sed etiã quod nullis id probari possit, firmis rationibus; jam viã ac modũ inibimus, quo omnibꝰ iis difficultatibꝰ, quæ in ꝰtrariũ obstare putantur, longè rectius satisfieri queat. Nimirum, *Si Anomaliarum textualium & notarum Masor. illæ indicentur rationes, quæ nec absurdæ sint, nec contra geniũ linguæ, aut principia artiũ, aut analogiã fidei quicquã pugnẽt. Has n. quãdiu locum uspiã habere ó posse, certò non est demonstratum, tã diu nec nullam anomaliã à Masoretis observatã sphalma Librarii esse, obtinebitur.*

§. 27. (1.) *Anomaliæ textuales* quod attinet, earum omnium causæ dari possunt duæ. Vel 1. *Singularis usus ac consuetudo linguæ*; *Vel 2. Mysterii atq; arcani alicujus sensus indicium, etiamsi earum speciale ubiq; rationẽ infallibiliter reddere ō noverimus.* Ad has n. ō solum omnes superiùs recẽsitas, quæ corruptionis arguuntur, sed & omnes reliquas per universam Script. anomalias sat 9modè reduci posse, mox ordine demonstrabimus, ubi prius objectiones quasdam removerimus. Nam à Sixt. Am. in Antib. Bibl. p. 735. aliisq; cum eô facientibus 9tra has rationes ingeritur; (1) *quod dubiis nitatur 9jecturis, imò sæpe ridiculæ sint.* Ad hoc respondemus, (α) ultrò quidem 9cedi, quod specialis singulorum ratio ō sèper adeò indubiâ certitudine reddi queat, neq; n. talem evidentiâ natura arcanorum admittit: verum ex hâc nostra singularissimarum causarum ignoratione, nihil 9cludi, in præcedẽtib9 demõstratũ est. Si verò adeò immota certitudo postulatur, ecquid certitudinis ipsi suæ præstant sententiæ, recensitas ab ipsis anomalias esse sphalm. Librar? Et an cuilbet quasvis alias his accẽsere liceat, an indefinito ab illis numero sit subsistendum? Prius quidem eos concedere putamus, quia sæpiùs subjiciunt: *de plerisque similibus, multis aliis, idem esse judicandum.* Verum an licentiâ hâc semel factâ, audacia humana in terminis substitura sit, de eô hâc ratione tum demum cautum iri videtur, ubi id nobis integrum amplius non erit. (β) Fatemur etiam, longos seculorum tractus & temporum calamitates multa horum in posterorum memoriâ oblireraſſe, imò sæpè in futilia commenta Cabalistica, superstitiosâ Judæorum religione commutata esse; Verum hinc minimè sequitur, omnes hic ὀνεροπολεῖν & risu proinde accipiendos esse, qui glossemata saniora & magis sobria in similibus anomaliis admittenda potius censent, quam sphalmata. Hoc enim in omnibus anomaliarũ rationibus reddendis, (נר לאחד נר למאה *Lucerna uni, lucerna plaribus*,) præsuppositum atque intellectum volumus, non id in illis intendi, ut hæc vel illa specialis cujusque causa infallibiliter determinetur, ita ut alia esse non possit; sed hoc tantùm asserere, quod aliqua potius causa Scriptoribus sacris extitisse censenda sit, quam ut fortuitorum mendorum universalium Scripturas arguamus: quandoquidem prius illlud non tantùm tutius est, sed manifestioribus certè adhuc documentis probari potest, quam posterius hoc, quod sint sphalmata. Quod si igitur specialia quæque non satis assequimur, sufficiat nobis communis Scriptorum sacrorum scopus, quô vel ad arcanioris sensus indicium, vel peculiarem linguæ usum atque rationes talia rectè referuntur. Ut quod ℵ, notante Masorâ, qualiter in Scripturis reperiatur dagessatum. Genes. 43. 26. Levit. 23. 17. Job. 33. 21. Esra. 8. 16. ר habeat dageſch, scil. 1. Sam. c. 1. v. 6. & 10. 24. & c. 17. v. 25. Ita הִנֵּה *Ecce*, non nisi in unico loco, Gen. 19. 2. inveniatur cum Sægol הֵנָּה. Sic 1. Reg. 11. vers. 1. Ejusdem formæ triplex fiat mutatio in eodem versu. Imò vel sexcenta talia è Scriptura adducit Masora, de quibus semper subjicit: *Non extat amplius, simile non reperitur.* &c. Conf. Buxtorf. Comm. Mas. à pag. 49. usque 72. ubi similia propè innumera recensentur, quorum omnium specialem certam causam nemo hodie indicabit; sed *de quibus judicium scriptionis hujus auctoribus relinquendum est*, monente Cl. Buxtorf. loco citatô pag. 53.

Ni

Ni forte integris centuriis sphalmata Scripturar. dinumerari debeant. Quod qui concedere volet, viderit quomodo talia conciliari queant, quæ superiùs §.18. 19. & sequentibus. adducta sunt. Longè rectius igitur hæc referuntur ad הסכמת הסנהדרין ut Ebræi loquuntur, id est, *arbitrium voluntatem & placitum Authoris seu Inventoris.* Pro ut quælibet lingua non solum peculiarem genium, ac quandam à natura tributam habet ὀρθοέπειαν sed & propriam scribendi rationem, suumque orthographiæ modum, qui non semper extremæ necessitatis, sed sæpè & commoditatis, elegantiæ, aut cujuscunque alterius rationis legibus metiendus est. In quam sententiam multa de literarum mysteriis commemorat, Forst. in Lex. p. 394. Pagninus in schol. Psalm. 22. 17. Munsterus in Not. ad Esa. 7. 14. Helv. in vindic. L. S. p. 232. Osiandr. in Bibl. ad Ezech. 44. Walth. Offic. Bibl. p. 990. & Harm. p. 500. Quibus ἐμψυχήφα celeberrimi quique, Ebræorum Magistri passim tradunt. E quibus sic Ephodeus sub finem cap. 31. Ubi de similibus דקדוקים egit. *Certissimum est, rem hanc esse fundamentum magnum, & quidem ex fundamentis ipsius linguæ, ejusque observationem esse necessariam.* R. Bechai ad Gen. 5. 29. *Ne vilis sit hæc res in oculis tuis, nam Lex tota plena est ejusmodi mysteriis & rebus intellectualibus quæ singula Dei providentiâ sic dictæ sunt.* Ita & R. Je-Kutiel, in ליורת חן c. 2. Et R. Joseph. Cret. *Absit talia dicamus, ex Authorum vel Transscriptorum errore esse, quia manifestissimum est, recepta hæc fuisse universim omnibus Sapientibus Israelis, atque adeò jam ab annis antiquis sic fuisse in populo Israelitico. (2) Prætendunt, sat mysteriorum in Sacræ Script. nucleo contineri, ut non opus sit ea in cortice quærere.* V. Sixt. Amam. loco citato p. 76. Sed, ut verbo respondeamus: Quis mysteria in cortice immodicô studiô venari jubet, aut quibusvis ἀλληγορίαις hanc causam orat.? Nullis certè sanniorum Ebræorum aut Christianorum propositum, hoc unquam fuit, sed indifficiliorius literarum, ac rerum anomalis hoc tãtũ tueri, quod, si non ad specialiores, saltem ad generales modò memoratas rationes, quę neque cum principiis divinis, nec demonstrationibus artium aut quacunque expressa veritate, ullo modo pugnant, longe tutius certiusque referri queant, quam ut sphalmata librariorum esse concedantur, quibus hodie, universi nostri codices laborent. Atque hæc summa est, quo tota res redit; imprimis è præsupposito hoc principio, quod vitia in textu sacro nullo modo cõcedi possint aut debeant, ut satis jam ante ostensum est. Quibus sic præmissis, non incommodè anomaliæ textuales in specialiores seqq. distribuuntur classes: scil. in *Literarum,*

§. 28. (α) *Irregulares figuras.* Harum enim Masora integra alphabeta recenset, (1) *Majuscula figura reliquas excedentium,* quæ ut plurimum *rei commẽdationem vel exaggerationem* notant. ut Deut. 32. vers. 6. *An Domino rependitis talia populo stulte & desipiens* in voce הלוא prius ה reliquis lit. multò majus est, ad indicandam scil. summam admirationem extremæ ingratitudinis erga tantum Benefactorem. Sic. Deut. 29. 28. *Et dejecit eos in terram alienam,* in voce וישלכם, lit. ל præ reliquis multum excrevit ad in-

dicandâ magnitud & gravit. illius projectionis, & quæ impœnitentes manebat, omnimodæ abjectionis. Daniel. 6. vers. 20. Majusculum ד notat accelerantis ad Danielem Regis præceps ac perturbatum studium. Et sic consequenter. In quibus rationibus admittendis semper considerari simul velim, quæ in super. §. nec non in priori Disp. de legitimo Cabalæ usu, præsupposita sunt. Atque huc quoque commodiùs longè refertur illud ירך דרך 1. Sam. 4. 13. quam ut sphalma censeatur. Nimir. si dicamus Daleth illud ך vocis ירך projectioripedunculo, non errore, sed scienter sic scriptum esse, ad indicandum magnum in Eli prospiciendi conatũ, quem *per manum via* sic extendebat ad observandum nuncium, ut cujus animus trepidus erat super arca Domini. Non solum enim in ventriculo ך in quibusdam Editionibus, ut Ariæ Montani, Genevensi, atque aliis non habetur; sed & alia plura in hunc modũ sunt; quorum unum dabimus Gen. 34. 31. ubi Dsain ז in voce זונה *in scortum*, itidem longiùs protractum est, ad indicandum, quã absurdum fuerit visum filiis Jacobi, quod tam Sancti Heroïs filia pro scorto habita esset. (2) *Minusculâ figurâ à reliquis deficientium quæ rei diminutionem aut contemptum* plerumque notant. Ut Deut. 32. 18. *Rupis, quæ genuit te oblitus es.* in רשי litera ר à Masorethis notatur minima esse ex omnibus Jodim totius Script.; ad indicandam scilic. abominabilem illam oblivionem qua rupis illius ne memoria quidem amplius extit; t in populo. Sic Thren. 1. 11. *Nihilne ad vos spectat ô Viatores omnes?* minimum illud ו notat extremam securit. ac inhumanitatem vicinarum gentium erga Judæos, quod ne minimus misericordiæ affectus eos tangeret. (3) Novem in locis ן *inversum*, quod plerũnimus perversionem, retroactionem aut infelicem exitum notat. (4) Literas quatuor *sursum in voce suspensas*, quibus singulis, suæ subsunt rationes (5) פ *apertum in fine vocis*. Ut Nehem. 2. v. 13. ubi hâc figurâ indicatur ingens ruptura dirutorum murorum. (6) ם *clausum in medio vocis*. Esa. 7. vers. 13. Esa. 9. 7. de quo in genere teneri potest axioma illud Talmud. מם סתום רמז סתום *Mem clausum res clausa*: An vero speciatim μυστήριον τῆς ἐνσαρκώσεως, 1. Tim 3. an Virginitas Matris Domini, de qua aliàs etiam exponitur illud de porta clausa Ezech. 44. per quam solus Dominus egreditur; an vero exclusio Judæorum aliorumque infidelium â regno Christi, de quibus D. Hieron. id exponit, l. 1. contra Judæos. pap. 28. per illud intelligenda sint, adeo definitè statuere, non ita necessarium est. Sufficit, quod hæc & similia suas habeant causas, quas certi mysterii indicia esse, atque ut Cl. Buxtorf, Tiber. 153. ait: *priscæ Sapientiæ æterna monumenta ac testimonia*, unanimis Christian. & Ebræor. confirmat consensus Conf. Schick. מרחם. p. 77. Helv. Vind. L. 5. 231. 232. Alsted. Encyc. 2227. & 2228. Buxtorf. T. de Lit. Eb. thes. 31. Glass. Ph. S. p. 28. Munst. Not. ad. c. 6. Esa. 13. à quibus & Rabb. testimon. passim adducuntur: neque enim ἀυτολεξεὶ omnia allegare nunc locus est. Quod vero has anomalias lit. post Esræ tempora per errorem in textum irrepsisse asserit Sixt. Am. Antib. B. p. 738. id non solum omnium testium fide sed & probationum documentis omnibus planè destituitur, imò vel è sola Masora ἀναντιλέκτως refutatur. (β.) *Transpositionem*, quam in solo ו cum ח 62. locis factam esse indicat Masora. Et huc referenda est illa anomalica transpositio ח cum ו 2. Sam.

ל, 2 Sam. 20. 14. quò dubio procul indicatur confusa turba Joabum in prælio sequentium. Et ן cum ו in voce תלאתי pro תלאתי Psalm. 139. 6. ad indicandum, ita confundi Psaltis cogitationes in assequenda admirabili Dei gubernatione. Nec non ת cum ם in אמות pro מאות Ezech. 42. 16. Quæ transpositio nequaquam mutat significationem vocis, (hinc enim depravationis arguitur,) sed nihilominus significat *quingentos*, si enim *cubitos* significare deberet, scribenda fuisset אַמּוֹת, cum scribatur, אַמּוֹת juxta Edit. Major. Basil. & Venetam formæ Mih. (γ) *Permutationem*, ō solum literarū ejusdem organi, sed & diversi, quanquam in illis & præcipuè quiesc. אחרי longe frequentior sit ἀλλοίωσις ejusmodi. Reperiuntur enim 173. locis, ו & י pro se invicem positæ, qualis aliarum quoque literarum commutationis integrum catalogum exhibet Sixt. Am. in Antib B. p. 733. Et huc referenda sunt loca illa, Prov. 19. 19. Jud. 19. 3. & c. 16. v 17. (8) *Redundantiam aut defectum*. Quo referri debent loca Ruth. 4. 5. Jer. 3. 4. & similia. De quibus anomaliis omnibus & hoc notandum, quod non semper sint accidentales, seu unicæ voci peculiares, sed plerunque essentiales, atque ex fundamentis adeò ipsius linguæ, nec causam habent aliam quam usum, *penes quem ut in aliis linguis, ita & in hac arbitrium vis & norma loquendi ac scribendi semper stetit*, teste Sixt. Am. l. c. p 728. Reliqua etiam loca quæ corrupta haberi superius diximus, ad aliquas harum classium commodè referri possunt, aut si minus sic libitum, in generaliori ratione sat tutò subsistitur. Quod si vero hæc & similia, menda librariorum æstimari debent, quis tandem corruptionis finis erit aut modus? Cum tamen Script. integritatem summam etiam in minimis constare oporteat, ut ostensum. Atque ut ad finem anomaliarum textualium, nec illa intacta planè transmittatur objectio, quâ ad allegationes Christi. & Apost. in. N. Test. provocatur, quod ad literam non semper tam exactè institutæ sint, adeò ut vel è Lxx virali sæpius fiant: quæ par hæc est ratio allegationis Script. ab expressâ literâ abeuntis, cum negligenda perfectissima ejus in minimis integritate? quandoquidem *per illam* sanctissimæ Scripturar. perfectioni ne una quidem literula derogatur, ut quæ nihilominus eædem manent, quicquid sensus tantum exiis non τὸ ῥητὸν citetur. Cujus Sp. S. instituti indubiam causā indicare, nostrum ō est, sed potius cum Beda Præf. Act. Apost. dicimus: *satius esse reverenter admirari quam anxie disquirere*. Neque enim exinde, quod Sp. S. in N. T. versionem toto tunc orbe receptissimam allegare libuit, statim sequitur, externum textus Ebræi literam tam negligenter haberi posse, ut vel versio ei sit præferenda, vel errorem in eo aut mutationem factam negari nihil attineat. Contrarium enim probant dicta Matth. 5. 18. Apoc. 22. 19. Deut. 4. 2. Prov, 3. 6. *Per hanc vero* tot corruptionum scil. concessionem utique incorrupta ejus integritas sarta tecta nō manet, sed potius evertitur, quam tamen asserendam esse, nullum amplius putamus esse dubium.

§. 26. (2) *Quantum ad notas Masorethicas*, de iis (1) prænoscendum est, communem

eārum

earum rationem & causam duplicem hanc itidem posse indicari. (α) Ut integritati Scriptur. per eas prospiciatur שלא תפיל בן פעות ושגיאה ut Ephod. loquitur, id est, *ne error aut corruptio aliqua in eam irreperet.* Et teste R. Chajim in præf. Bibl. Maj. למען לא ישולח בה יד ולא ירמסנר כף רגל פגה פטרה לכלה סכל *Ne manus in eam immitteretur, nec conculcaret eam pes, aut prorsus poneretur ab ullo sciolo.* (β) *Ut admõerent* (verba sunt Cl. Buxtorf. Tibr. c. 14 *de majori & accuratiori præsentis rei consideratione, atque arcano quodam sensu, cujus notitia orali traditione usq; ad ipsos propagata fuerat.* Idem sentire multos celeberr. Theol. & Philol. mox speciliùs ostendetur.

§. 30. (2) *In specie de singularum rationibus*, licet exactiùs & pleniùs disquirere ob deficiens spatium non liceat, paucissima tamen quædam nec nisi de difficiloribus tantum delibabimus. (1) igitur de notis קרי וכתיב non eadem omnium est sententia. Capellus Critic. l. 9. cap. 8. eas habet pro *hariolationibus vanis, frivolis, ridiculis, deliris.* V. Cl. Boot. Epist. contra Critic. cap. 53. Cl. Hotting. Th. Ph. p. 415. ait: כתיב *esse vocem, quæ Masor. judicio vitium contraxit, per* קרי *emendandum.* Idem statuit Sixt. Am. Antib. Bibl. p. 35. & 727. Cl. Fabricii, qui in præf. Partit. Cod. S. *omnes se Germaniæ Philologos Ebræos de ἐπισάγμασι ejusmodi marginalibus per literas consuluisse*, ait, lib. cit. p. 13. statuit: כתיב *dici vitiosam in textu lectionem.* Et p. 16. *Authores harum notarum, dum in textu ipso nihil ausi sint mutare, ingenti hypocrisi simulasse pietatẽ.* Contra alii notas has, *non corruptionum sed infinitæ diligentiæ testimonia habent*: quæ verba & mens sunt Hugonis Bruchtoni, Comm. in c. 9. Dan. & Concent. Script. præfect. & f. 8. Polani, in Syntag. Theol. l. 1. c. 37. nec non Cl. Buxtorf. qui *talia ex instituto ipsorum Scriptorum sacrorum esse*, probat in Tr. de Punct. p. 186. 187. ut alios transeamus. Posteriori huic sententiæ accedendum potius videtur. Circa quam proinde duo hæc observabimus, (1) Authores illarum Keri Ukesib eosdẽ esse Viros Propheticos, quos universæ Masoræ superiùs probavimus. De quo & Cl. Buxtorf. loco citato, Part. 1. c. 12. testatur: *Nihil se causæ videre, cur non possint tribui Esræ & Viris Syn. M.* Et p. 183. *Plurimos pios doctosque Viros esse, qui ita hactenus statuerint.* Imo ex Abenesra in lib. Tzachut. f. 192. & hoc probat: *Nullum hujus diversæ lectionis & scriptionis esse exemplum, quod difficultatem magnam habeat.* Sic & Kimchius, præf. Comm. super Proph. prior. Ut & R. Chajim in præfat. Bibl. maj. non aliis quam Synedrii M. Viris eas tribuunt. Quemadmodum in ipso quoque Talmude frequentiss. earum fit mentio. (2) *Quid indicent*, nimirum non corruptiones textus, sed ut ex Aria Mont. præf. Bibl. Reg. probat Pl. Rev. Dn. D. Calovius *antiquæ lectionis monumenta, indicia & vestigia. Quæ non eradenda* (Verba sunt, Cl. Buxtorf. Tiber. c. 17.) *judicarunt, sed digna quæ posterorum considerationi commẽdarentur.* Idque duplici ratione.

§. 31. (a) *De anomaliis quibusvis simpliciter erudiendo*, quotiescunque irregulares literarum positus, aut peculiares punctationum formæ essent, non quod variæ illæ olim

fuerint

fuerint diversorum codicum lectiones, quod sup. §. 24. refellimus, nec ut notæ hæ alium literalem sensum suppeditent, quam quæ est vocis textualis; quomodo à Pagetio arguunrur, allegante Sixt. Am. l. cit. p. 740., *quod multis in locis ex Deo faciant Janum aliquem bifrontem, spectantem πρόσω καὶ ὀπίσω*, sed ut anomaliæ textualis, inque eâ sæpè arcanioris simul sensus, qui literali tantùm subordinatur, indicium facianr, interpretatione nihilominus institutâ sec. vocem textualem utut anomalicam. v. g. 2. Reg. 8. 10. Elisa consultus ab Hasaele super valetudine Regis Benhadad respondit. אמר־לו חיה תחיה, *Dic ei, vivendo vives.* Vbi ad vocem anomalicam לוֹ *Ei* Masora notat, in ea *ἀντιστοιχίαν* esse ו pro א verum non eô fine, ut propterea per *nō* reddatur, sed simpliciter hanc in eo esse anomaliam, quæ nihil prohibet, quò minus exponatur per *Ei*, prout B. Luth. Arias Mont. atque alii rectè verterunt. Valet n. hic א idem quod ו cujus per singularem anomaliam vicem gerit. Causâ a. hujus permutationis literarum dubio procul est arcanus hic sensus, quod Propheta in ipsâ affirmatione ad Regium nuncium factâ occultam foveret negationem. Subjicit n. *Dominum sibi indicasse, ipsum moriendo moriturum esse.* Vel, ut verbis Dn. D. Walth. Harm. 41. dicamus: *Quia tamen moriturus erat, licet non naturaliter, tamen violenter.* Sic Jobi 13. 15. *Ecce si occidet me* לֹא אִיחָל *in eum sperabo*, rectè redditur affirmativè, ut Chaldæa quoque Paraphrasis transtulit, nihil obstante anomaliâ, quâ א pro ו positum esse Masora ejus loci itidem monet: & ries in universum sic reperiri annotavit. Ita Jos. 15. v. 47. הַיָּם הַגָּדוֹל *mare magnum* vertendum esse, ut B. Luth. versio habet, non *mare termini*, ut quidam volunt, argumento est Masora cujus ק indicat, lit. ב pro ל esse positam. Sic etiam Ezech. 25. v. 7. *Dabo te gentibus* לָבַז, nō *in buccellam*, sed, *in prædam*; quemadmodum & B. Luth. rectè reddidit, licet lit. ז *ἀνομάλως* stet pro ל, ut notat Masora. Mutatio autem hæc liter. arcanum hunc sensum fovere dici potest, quod præda illa gentibus futura esset, quasi buccella cibi, quā facilè glutiverint. Quodsi cõjecturas has dicis, respõsũ jã est præced. §. 27. Atq; his similes *ἀντιστοιχίαι* in Script. frequẽtissimæ sunt, sensũ verò vocis propterea nunquā mutāt. Genuinā hanc a. simil. anomaliarũ & notarũ Masor. rationẽ nõ attẽdẽtes Interpretes, valdè sæpiùs fluctuarũt, an sec. textũ, an v. sec. notâ Masor. trāsferrẽt: & hinc modò Kesib modò Keri prætulerũt, interdũ utrũq; exprimere laborantes. Sic Exodi 21. v. 8. Jun. & Tremel. לֹא verterũt, *non sibi* quasi לוֹ לֹא, Id quod pluribus exemplis diducit Hotting. Thes. Phil. 421.

§. 32. (β) *Usitatam in legendo aliam vocum prolationem quam in textu scriptæ essent.* idque vel (1) *Honestatis atq; εὐφημίας gratiâ*; vel (2) *Certæ religionis ac pietatis ergò.* Exempla conferātur ap. Cl. Schick. בת ד p. 54. Exe. Dn. D. Glass. l. cit. p. 306. & 311. Cl. Hotting. l. c. p. 419. & 424. Sixt. Am. in Antib. p. 738. Buxt. de Lit. Ebr. §. 55. & Tr. de Punct. 186. & 174. Dillherr. Disp. Phil. T. 1. p. 712. E quibus Authoribus hæc observata dabimus. (a) Nul-

lam harum irregularitatum in Scriptur. deberi superstitioni, nec ab aliis orig. habere quam à Scriptoribus sacris. (ζ) Olim quidem non nisi כתיב Keri inter legendum ore prolatum esse, quod ap. Jud. manserit, ut in quorum ritualibus Rabbi quidam memoratur propterea de arca deturbatus, quod כתוב seu vocem textus, pro Keri s. voce marg. effatâ sit, & repetere à tribulibus jussus nō paruerit. Hodie v. postquā evidētior ejus ratio exolevit, liberum esse sive Keri sive Kesib ore protuleris, modò interpretatio semper fiat sec. Kesib, nihil impediente anomaliâ. (ε) *Ob arcani alicujus sensus ac mysteriorum indicium*, quæ ante Mas. conscript. oraliter propagata, pòst, notis Keriim, monumentis illis antiquæ lectionis, designata ac conservata fuêre; ita tamen, ut vox textualis, semper maneat עקר fundamentum interpretationis; marginalis verò, sensus arcanioris indicium ei tantùm subordinet. Unicum hujus rei exemplum lustrabimus, Ps 22.17. Ubi genuina scriptio est כארו nota Mas. margin. כארי: quanquam hodie in multis exemplaribus contraria lectio & scriptio obtineant. *Hæc crux Theologorum*, quam Pl. R. Dn. D. Walth. Harm. p. 497. appellat, *ita erudita exercuit ingenia*, verba sunt Cl. Hott. l. c. p. 191. *ut cum aliàs integrit. Fontium Ebr. constanter defenderent, hic tamen loci Jud. sacrilegium ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehensum existimarint.* Quod cum Wittakero etiam se ad loc. hunc respondere ait Sixt. Am. in Ant. Bib. p. 724. De hoc ut paucissimis mentem nostram demus, dicimus (1.) *Genuinam scriptionem esse* כארו; atq; hoc probamus (α) *Indubiâ Masoræ authoritate.* Masora n. textualis, Num. 24. v. 19. ad vocem Caari notat, in Ps. 22. v. 17. Kesib, vel script. textus, esse כארו. Quod autem Exc. Dn. D. Glass. Phil. S. p. 127. hic excipit, *Masorethas hoc dicere de minùs probatis codicibus*: ad hos nunquam ipsorum notas respicere §. 24. probatum est. Idem ex alio Masoræ loco confirmantem, V. Buxt. Lex. R. ארה, P. Rev. Dn. D. Walth. Harm. p. 498. Et Helv. T. 4. Disp. Giess. p. 350. (ζ) *Antiquiss. exemplarium & exinde Translationum fide.* Nā optima & vetustissima exemplaria habere כארו è doctissimis Jud. probat Galatinus, Arc. Gath. ver. l. 1. c. 8. Confirmantibus idem, Andradiô, lib. 4. defens. fid. Chr. Genebrardô, Pagninô, Mullerô, Rivetô in h. l. Et R. Chajim. Mas. Fin. lit. אר. Videatur etiam, B. Gerh. Exeg. p. 349. ubi inter alia: *In Biblioth. Acad. nost. habetur codex Ebr. Mssus, qui* כארו *legit.* Ita & Complutenses legere V. Hott. l. c. p. 196. Hinc B. Luth. *in textu haberi foderunt, non sicut leo*, Comm: in h. Psalm. Confirmant idem Translationes: LXX. viralis, quæ habet ὤρυξαν, Aquilæ, quæ centesimo à Chr. anno edita est, ἤσχυναν *indignis modis tractarunt.* Sic per *foderunt* reddi in Arabicâ Erpenii, Syriaca Sionitæ & Erpenii, nec non Æthiopicâ. V. Cl. Hotting. Th. Ph. p. 194. (γ) *Celeberr. Theolog. & Philos. consensu.* V. Först. Lex. p. 394. Jun. not. ad h. Ps. Simeon. de Muis, de Verit. Edit. Ebr. p. 14. Helv. T. 4. Disp. 4. Giss. 14. §. 45. Walth. Harm. p. 498. seq. Wittakerus, Chamier. Hunnius, cujus verba sunt: *Hæc depravatio textus est perspicua.* V. Cl. Hotting. l. c. p. 192.

192. & 197. Ubi etiam occasionem huj. depravationis enarrat: nim: *Judæos sexto abhinc seculo, quod crucifix. Chr. graphicè hoc loco describi cernerent, omnem moviſſe lapidem, ut primùm notam margin. in text. inſercirẽt, deindè & veſtigia alterius lectionis planè abolerent.* Hinc refert Sixt. Am. Antib. B. p. 725. Se ex Cl. Druſio ſæpiùs audiviſſe, *quod cum ſuperiori ſeculo Bombergus celeberr. Typogr. Venetus, è probatiſſ. codd. vocem* כאדי *in textu reſtituere vellet, Judæum correctorem ei Edit. denuntiaſſe Bombergo, ſi ſeret ſe curaturum ap. ſuos, ne ullum ejus exemplar emeretur.* Atq; ſic depravatio manſit. *Nec ſemel factum eſſe*, oſtendit author laudatus, ib. *ut modò librariorum incuriâ, modo Judæorum malitiâ & Chriſtian. ſocordiâ Keriim & Kethubim inter ſe cõnfuſa & permutata, Keriim etiam aliquoties omitti cæpta ſint.* Quæ omnes tamen particulares tantum quorundam codicum depravationes ſunt. [2] *Notam marginalem* כאדי *adjectam eſſe non ad indicium vitioſi* כ pro כא ut Genebrardus putavit, in not. ad h. Pſ. Nam R. Chajim ait: *ſe hanc vocẽ non invenire in Maſora in earum numero, quæ ſcribuntur cum* כ *& leguntur per* כא, ſed, quod pro voce textuali כאדי, ex inſtituto primævorum Scriptorum ſemper legi oportuerit כאדי, V. Sixt. Am. l. c. p. 722. *quò ex iſo δυναμίᾳ quâdam literarum vox textualis ex hâc quandam explicationem acciperet*, quod ſcil. כאדי arcano quodam ſenſu ſimul indicat leoninam & truculentam illam hoſt. immanitatem, quâ totum corpus Meſſiæ quaſi rabidi leones devaſtaturi erant. Namque & ipſum א epentheticum vocis Karu (quod non eſt è form. quieſc. med. כ nec ex matribus אהוי ut quidam volunt,) cum utique non ſine certa ratione ab Amanuenſ. Sp. S. inſertum ſit, hoc ipſum valdè confirmat; quemadmodum & Chaldæa Paraphraſis utramque ſignif. complectitur, quæ habet נכתין *momorderunt.*

§. 33. (2.) De תיקון רסופים, quæ ad 18. Script. loca notatæ recenſentur in Maſ. mag. ad ad Ezech. 8. 17. ut è vetuſto Miſo exemplari in Bibl. publ. Acad. Jen. aſſervato oſtendit xc. Dn. D. Glaſſ. l. c. p. 46. dubiæ itidem ſunt ſententiæ. Cl. Buxt. de iis per literas ab Exc. Dn. D. Glaſſ. conſultus Reſp. *Nullum ſe adhuc ſive ex Evangelicis ſive Cathol. vidiſſe, qui id ſatis explicarit.* Phil. Sacr. p. 57. Mens a. ejus eſt, *Maſorethas iſtis* ויקוניס *ſeu correctionibus indicare, quod ipſis viſum fuerit Scriptores ſacros aliter loqui debuiſſe.* Et propterea eos hic vocat, *Naſutiores Ebræorum Sapientes.* Ib. Exc. Dn D. Glaſſ. l. cit. nihil certi definit, niſi quod Cl. Buxt. ſententiæ accedere videtur. Capellus, l. alleg. *pro morosâ & faſtidioſiſſima criſi* habet. Ut Pontificiorum mera corruptionum ſomnia omittamus. Verum cum è ſuperioribus manifeſtum ſit, ut univerſæ Maſoræ, ita harum quoque תיקוניס non alios præter Viros Syn. M. eſſe authores. Conf. Cl. Fabric. part. Cod. S. p. 11. (In Maſora n. Num. 11. v. 12. expreſsè dicuntur תיקון עזרא *Ordinatio Eſræ,*] Viris a. his Propheticis tam levis exiſtimatio de Scriptoribus ſacris tribui non poſſit, quaſi putarint, *aliter illis loquendum fuiſſe*, commodior eorum videtur ſententia, qui has Tikkunim Sopherim cenſent, *(α) non correctiones textus.* Rectè n. R. Chajim

præf. Bibl. Maj. *Num ascendet in animũ hominis alicujus, qui cum velit aliquid mutare aut variare, dicat; videte quid mutarim!* Et Elias Lev. in Thisbi lit. ק. *Non quod Scriba verbum mutarint in Lege, avsit hoc, uc fiat!* Sic Marcus Brix. in præf. Arcæ Noæ. *Judæi de his Tikkun Soph aliam sentent habentes, id totum rident. Firmum enim & ratum illis est, Masorethas nihil in textu correxisse. Sed* (ℭ) *Ordinationes, Elucidationes textus quoad anomalias ejus;* ita ut sint *ex ordine ipsorum* קריים וכתיבים *ejusdemq; cũ iis ꝺitionis.* Sic vocem תיקוניים *Elucidationes, ꝺstitutiones* expl cat Cl. Buxt. in Bibl. Rabb. p. 429. per *diſpoſitiones.* Cl. Hotting. Th. ph. p. 430. Vnde à Galatino & Scalig. referũtur ad ipsas Keri Vkesib. Ib. p. 432. Atq; hoc sensu R. David Kimchi Michlol. c. 69. Viros Syn. M. appellat מתקני הנקוד *Ordinatores punctationum.* Nihil igitur aliud indicant hæ notæ, quam omnibus seculis sic receptam fuisse lectionem aliam, quam in textu haberet scriptio, idque ob certas licet hodie nobis non semper notas rationes. Ut Zach. 2. 8. *Qui tangit vos, tangit pupillam* עינו *oculi sui.* Masora notat: הוה צריך לומר עיני *Necessarium est, ut legatur:* עיני *Oculi mei.* scil. quod prophetas Domini lædere, non solum tã præsentis noxæ sit, ac si quis pupillam oculi sui, sed etiam ipsius Dei, læderet. Sic, Gen. 18. 22. *Et Abraham adhuc stabat coram Domino,* ad hũc locum notat Masora, *Necessarium est, ut legatur. Dominus adhuc stabat coram Abrahamo.* Sic enim legere communi usu receptum fuit, ad propagandum latentem illum sensum, quod Dominus cũ Abrahamo quasi Amicus cum Amico utrique stantes collocuti sint. Et similis ratio est reliquarum omnium.

§. 34. Restaret ut de cæteris quoque notis Masorethicis quædam subjiceremus, sed cũ non solum præsens spatium deficiat, sed etiam reliquarum ferè sat facilis & expedita sit ratio, imò vel ex hactenus dictis æstimari queant, sufficiat hac vice de præsenti materiâ pauculis his in medium datis, *ἀκροώνυχα ἰχνία* tantùm in per summa fixisse rerum capita, quodque propositum nobis unicè fuit, doctioribus & peritioribus ingeniis de his diligentius, cogitandi aliquam subministrasse ansã. Plura, quæ in hanc rem dici potebant aut debebant, cum, ut Ebr. loquuntur: הוריעה רואת קטנה מהכיל אותם והמצע קצר מהשתרע *Cortina præsens minor sit, quam qua comprehendat ea, & stratum nimis exiguum potiùs quam ut redundet*, in melioremdifferenda sunt commoditatis articulum, quô cupressus hæc plenius forte simulari poterit; ubi præsentia, ad exploranda quasi incerta itinerum emissa, benigniores censuras experiri viderimus, felicioresque conatibus nostris successus divina Numinis indulserit clementia.

01 A 6640

ULB Halle
003 108 309
3

Sb.

1.

V017

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-614738-p0039-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-614738-p0040-1

52.

DISQUISITIONUM EBRÆO-PHILOLOGICARVM POSTERIOR,

PRO

INTEGRITATE AC AUTHENTIA EBRÆORUM FONTIUM,

Sub faventibus Divini Numinis auſpiciis,

In Illuſtri Leucoreâ ad ventilandum publicè propoſita.

PRÆSIDE

M. MATTHIA WASMUTH,
Chilonio-Holſato,

RESPONDENTE

GODOFREDO ROSNERO,
Berolinenſi Marchico.

Ad Diem 13. April.

In Audit. Philoſoph.

WITTEBERGÆ.

Ex Officina JOHANNIS HAKEN,

A. M. DC. LIII.